**Die** iterū ihesus ad mare tyberia  
 nis. manifestauit autē sic. **Erāt** simul  
 symon petrus et thomas qui dicitur  
 didimus: et nathanael qui erat a  
 chana galilee et filius zebedei: et alii  
 ex discipulis eius duo. **Dicit** eis symo-  
 petrus. **Vado** piscari. **Dicūt** ei. **Veni-**  
 mus et nos tecū. **Et** exierūt et asten-  
 derūt nauim: et illa nocte nichil  
 prendiderūt. **Mane** autē iam facto  
 stetit ihesus in litore: non tamen  
 discipuli eius cognouerūt q̄ ihesus  
 est. **Dixit** ergo eis ihesus. **Pueri?** nūq̄d  
 pulmentariū habetis? **Rūderūt** ei.  
**Non.** **Dixit** eis. **Mittite** in dexteram  
 nauigii rethe: et inuenietis. **Hise-**  
**rūt** ergo: et iam non valebat illud  
 trahere p̄e multitudine piscū. **Di-**  
 cit ergo discipulus ille quē dilige-  
 bat ihesus petro. **Dñs** est. **Symon**  
 petrus cū audisset quia dñs est



tumta succumit se erat em nudus: et  
misit se in mare. In aute discipuli  
nauigio uenerunt. Non em longe erant  
a terra: sed qst cubitis ducentis tra-  
hentes rethe pisciu. Ut ergo descen-  
derunt in terra uident prunos positas:  
et piscem superpositu: et pane. Dicit  
eis ihesus. Afferte de piscibus quos  
prehendistis nunc. Ascendit symon  
petrus et traxit rethe in terra: plenu  
magis piscibus: centu quinquagita  
tribus. Et cu tanti essent: non est  
suffu rethe. Dicit eis ihesus. Venite:  
prandete. Et nemo audebat disturben-  
tu interrogare eu tu quis es: scientes  
qz dñs est. Et uenit ihesus et accepit  
pane: et dabat eis: et piscem similiter.  
Hoc iam tercio manifestatus est  
ihesus discipulis suis: cu resurrexisset  
a mortuis. Cu ergo prandissent:  
dicit symon petro ihesus. Symon  
iohams diligis me plus hñs. Dicit  
ei. Etiam dñe: tu scis qz amo te. Dicit  
ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iteru  
Symon iohams diligis me. Dicit illi  
Etia dñe: tu scis quia amo te. Dicit  
ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tercio  
Symon iohams amas me. Contrista-  
tus est petrus quia dicit ei tercio amas  
me: et dicit ei. Dñe tu oia scis: tu  
scis qz amo te. Dicit ei. Pasce oues  
meas. Amen amen dico tibi: cu esses  
iuuor tingebas te: et ambulabas  
ubi uolebas. Cu aute senueris: ex-  
tendes manus tuas: et alius tinget  
te: et ducet quo tu no uis. Hoc aute  
dixit: significas qua morte esset  
clarificaturus deu. Et cu hoc dixisset

dicit ei. Sequere me. Conuersus petrus  
uidit illu discipulu que diligebat  
ihesus sequente: qui et recubuit in  
cena sup pectus eius et dixit: dñe  
quis est qui tradet te. Huc ergo cu  
uidisset petrus: dixit ihesu. Dñe hic  
aute quid. Dicit ei ihesus. Sic eu  
uolo manere: donec ueniam. Quid  
ad te. Tu me sequere. Exiit ergo  
sermo iste inter fratres: qz discipulo  
ille no moritur. Et no dixit ei ihesus  
qa non moritur: sed sic eu uolo ma-  
nere donec ueniam quid ad te. Hic  
est discipulus ille qui testimoniū phibet  
de hñs: et scripsit hoc. Et scimus: qa  
ueru est testimoniū eius. Sūt aute et  
alia multa que fecit ihesus: que si  
scribatur p singula: nec ipm scribi  
tror mudi capere eos: qui scribendi  
sūt libros. ¶ Deo gratias semp  
¶ Explicet euāgelium sctm iohem  
¶ Scriptu et finitū p frem romenū  
in oclū pfectū in domo Carthub pe-  
tiectū Anno dñi. m. ccc. lxxviii. iij. die  
beati marci euāgeliste.

*Incipit prologus beati iheronimi  
pba in librū actū apostolorū.*



**H**ic natione  
syrus cuius laus  
in euangelio  
cantur: apud  
antiochiam  
medicinis artis

egregius et apolorū xpi discipulus  
postea vsq; ad cōfessionē paulū  
secutus aplin: sine crimine in virgi  
nitate pmanens. deo maluit deser  
uire Cui octoginta et q̄tuor annos  
etatis agens in bithyria de seculo  
noscitur emigrasse. Hic igitur dnu  
no stimulatus impetio postea quā  
in achare partibus euāgelium scribit  
grecis fidelibus incarnationē dñi  
fidei narratione ostēdit: eūdem  
quoq; ex stirpe dauid descendisse  
mōstrant Cui nō imerito scribētor  
aplorū **actū** potestas in mysterio  
datur: ut deo in deū pleno et filio  
pditionis extimito oratione ab aplis  
facta forte dince electionis numero  
cōpleretur: sicq; paulus consuma  
tionē aplis actibus daret: quem  
dnu cōtra stimulu calcitrante dñs  
elegisset. Qd̄ legentibus ac requi  
rentibus deū breui voluit potius  
ostēdere sermone: q̄ proluxius aliqd̄  
fastidientibus prodidisse: sciens  
qd̄ operante agricolā oportet et de  
suis fructibus edere. Quē ita diuina  
subsecuta est gratia: ut non solū  
corporib; sed etiā caribus eius p̄ficiet  
medicina. **Explicit prologus**

*Incipit liber actū apostolorū.  
Caplin p̄mū.*



**H**ic quidem  
sermonem feci de  
oibus o theophyle  
q̄ cepit ihesus  
facere et docere:

vsq; in diem qua p̄cipiens aplis p  
spm scm̄ quos elegit assumptus est.  
Quibus et prebuit sepsū vnuū post  
passionē suam in multis argumē  
tis: p̄ dies quadraginta appares eis:  
et loquens de regno dei. Et cōuēscens  
p̄cepit eis ab iherusolimis ne diste  
derent sed exspectarēt p̄missionem  
p̄ris quā audistis inquit p̄ os meū:  
q̄a iohānes quide baptizauit a qua:  
vos autē baptizabim̄ spū sc̄o non  
post multos hos dies. Igitur qui  
cōuenerāt interrogabāt eū dicentes  
Dñe: si in tyre hoc restitues regnū isrl̄:  
Dicit autē eis Non est v̄m̄ nosse tyra  
vel momēta que pater posuit in sua  
ptate: sed accipietis virtute sup̄uem  
entis sp̄s sc̄i in vos. et eritis michi testes  
in iherlm̄ et in oī iudea et samaria et  
vsq; ad vltimū terre. Et cū hoc dixisset  
videntibus illis eleuatus est: et nubes  
suscepit eū ab oculis eorū. Cūq; intue  
rentur in celū cūtem illū: ecce duo  
viri asiterūt iuxta illos in vestibus  
albis: qui et dixerūt Viri galilei:  
quid statis aspicientes in celū: Hic  
ihesus qui assumptus est a vobis in  
celū: sic veiet quāmodū vidistis eū  
euntem in celū. Tūc reuersi sūt iheru  
solimā a mōte qui vocatur oliueti

qui est iuxta iherosolimam: sabbati habens  
iter. Et cum introissent in tenaculum:  
ascenderunt in superiora ubi manebat  
petrus et iohannes iacobus et andreas  
philippus et thomas bartholomeus  
et matheus iacobus alphi et symon  
zelotes et iudas iacobi. Huic omnis erat  
perseuerantes unanimiter in oratione  
cum iulibus et maria matre ihesu:  
et fratribus eius. In diebus illis erigens  
petrus in medio fratrum dixit.  
Erat autem turba hominum simul fere cen-  
tum viginti. Vni fratres oportet impleri  
scripturam quam dixit spiritus sanctus per os  
dauid de iuda: qui fuit dux eorum qui  
comprehenderunt ihesum: qui communica-  
tus erat in nobis et sortitus est sorte  
ministerium huius. Et hic quidem possedit  
agrum de mercede iniquitatis: et suspensus  
crepuit medius: et diffusa sunt omnia  
viscera eius. Et notum factum est omnibus  
habitantibus iherosolimam: ita ut appellaretur  
ager ille lingua eorum archeldemarch hoc  
est ager sanguinis. Scriptum est enim in  
libro psalmorum fiat commoratio eius de  
secta: et non sit qui habitet in ea: et  
episcopatum eius accipiat alius. Opor-  
tet ergo ex his vobis qui nobiscum sunt  
congregati in omni terra quo intravit  
et exiit inter nos dominus ihesus in-  
cipiens a baptismo iohannis usque in  
diem qua assumptus est a nobis teste  
resurrectoris eius nobiscum fieri unum  
ex istis. Et statuerunt duos: ioseph  
qui vocabatur barsabas qui cog-  
noscitur iustus: et mathiam. Et  
orantes dixerunt. Tu domine qui nosti corde

omni ostende quem elegens ex his duobus  
unum accipere locum ministerium huius et  
aplatum: de quo perueritatus est iudas  
ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes  
eis. Et cecidit sortis super mathiam: et nu-  
meratus est cum videret apostolus. **Capitulum**  
**E**t cum compleretur dies secundum  
penthecostes: erat omnis disci-  
puli pariter in eodem loco. Et factus est  
repente de celo sonus tamquam aduentus  
spiritus vehementis: et repleuit tota domum  
ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dis-  
tincte lingue tamquam ignis: seditque supra  
singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu  
sancto: et ceperunt loqui variis linguis:  
put spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erat  
autem habitatio in iherosolima iudei unius  
religiosi: ex omni natione que sub celo  
est. Facta autem hac voce conuenit multi-  
tudo: et mente confusa est: quoniam audie-  
bat uniusquisque lingua sua illos loquentes.  
Stupebatur autem omnis: et mirabatur  
ad invicem dicentes. Nonne ecce omnes isti  
qui loquuntur galilei sunt. Et quomodo  
nos audimus uniusquisque lingua matrem  
in qua nati sunt. Parthi et medi-  
et elamite: et qui habitant mesopo-  
tamiā: uideam et capadocia: pontum  
et asiam frigiā et paphlagoniam egyptum  
et partes libie que est circa cyrenen:  
et aduenere romam. Iudei quoque et  
proseliti: cretes et arabes. Audimus  
eos loquentes nostris linguis magna  
laude dei. Stupebatur autem omnis: et mi-  
rabatur dicentes. Quomodo vult hoc  
esse. Alii autem irridebant dicentes  
quia musto pleni sunt isti. **Strabus**

ante petrus cum undecim leuauit uocem  
suam: et locutus est eis **U**iri iudei  
et qui habitatis iherosolymis: hoc  
uobis notum sit: et auribus precipite  
uerba mea. **N**on enim sicut uos estima-  
tis huius ebrius fuit cum sit hora diei tertia:  
sed hoc est quod dictum est per prophetam  
isaiam. **E**t erunt in nouissimis diebus  
dicit dominus. effundam de spiritu meo super  
omnem carnem: et prophetabunt filii uiri et  
filie uirgines. **E**t iuuenes uiri uisiones  
videbunt: et seniores uiri somnia som-  
nabunt. **E**t quidem super seruos meos  
et ancillas meas in diebus illis effun-  
dam de spiritu meo: et prophetabunt. **E**t  
dabo prodigia in celo sursum: et signa  
in terra deorsum: sanguinem et ignem et  
vaporem fumus. **S**ol conuertetur in tene-  
bras: et luna in sanguinem: antequam  
ueniat dies domini magnus et manifestus.  
**E**t erunt: omnes qui uocauerint nomen  
domini: saluus erit. **U**iri israhelitic au-  
dite uerba hec. **I**hesu nazarenum uirum  
approbatum a deo in uobis uirtutibus  
et prodigiis et signis que fecit per illum:  
deus in medio uiri sicut uos scitis:  
hunc descripto consilio et presentia dei  
traditum per manus iniquorum affigentes  
interemptis. **Q**uia deus suscitauit  
soluitis doloribus inferni iuxta quod  
impossibile erat tenere illum ab eo. **D**avid  
enim dicit in eum. **U**idebam dominum coram  
me semper: quoniam a dextris est michi  
ne commouear. **P**ropter hoc letatum est  
cor meum: et exultauit lingua mea  
in super et caro mea requiescit in spe. **D**om-  
inus dereliquit animam meam in inferno:

ne dereliquit spiritum tuum uide corruptionem  
**N**otas michi fecisti vias uite: reple-  
bis me iocunditate cum facie tua. **U**iri  
fratres luceat audenter dicit ad uos de pa-  
triarcha dauid. quoniam defunctus est et  
sepultus: et sepulchrum eius est apud  
nos usque in hodiernum diem. **P**rophetam  
igitur cum esset et sciret quod iuram-  
rando iurasset illi deus. de fructu  
ueteris eius sedere super sedem eius. pro-  
uidens locutus est de resurrectione  
christi: quoniam neque derelictus est in inferno:  
neque caro eius uidit corruptionem.  
**H**unc ihesum resuscitauit deus: cuius  
omnes nos testes sumus. **D**e uetera igitur  
dei exaltatus et permissione spiritus  
sancti accepta a patre: effudit hunc quem uos  
uidetis et auditis. **N**on enim dauid aste-  
dit in celos. **D**icit autem ipse. **D**icit  
dominus domino meo sedere a dextris meis.  
donec ponam inimicos tuos scabellum  
pedum tuorum. **V**erissime igitur sciat  
omnis domus israhel. quia et dominum cum et  
christum deus fecit hunc ihesum quem uos  
cruccifixistis. **H**unc auditis copuncti  
sunt corde: et dixerunt ad petrum et ad  
reliquos apostolos. **Q**uid faciemus uiri  
fratres. **P**etrus uero ait ad illos. **P**e-  
nitentiam agite: et baptizetur unus-  
quisque uerum in nomine ihesu christi in  
remissionem peccatorum uestrorum et accipie-  
tis donum spiritus sancti. **V**obis enim est  
remissio et filius uestrus: et omnibus qui  
longe sunt: quoscumque aduocauerit  
dominus deus noster. **A**lius etiam uerbis plu-  
rimis testificatus est: et exhorta-  
batur eos dicens. **S**aluamini a

generatiōe ipsa praua. **Q**ui ergo recepe-  
runt sermone eius baptizati sūt: et appo-  
siti sūt in illa die aīe circiter tria milia.  
**F**rat autē pseuerantes in doctrina aploꝝ:  
et cōuocatione fractōis panis: et orōibꝫ  
suebat autē oī aīe timor. **M**ulta quoqꝫ  
p̄dignia et signa fiebat p̄ aplos in iherl̄m:  
et metus erat magnus vniuersis. **O**m̄s  
etiā qui credebāt erat p̄ter: et habebat  
oīa tōia. **P**ossessiones et substantias  
vendebat: et diuidebat illa oībus: p̄ter  
cuiꝫ opus erat. **C**otidie quoqꝫ p̄dica-  
tes vnam inter in tēplo: et frangētes  
circa domos pane sumebat tibi cū  
exultatiōe et simplicitate cordis: collau-  
dātes et habētes gr̄ia ad oēm plebem.  
**D**ñs autē agebat: qui salui fierent  
cotidie in idip̄sū. **Capitulum Tercium**  
**P**etrus autē et iohānes ascende-  
rūt in templū: ad horā oīo-  
nis nonā. **E**t quidā vir qui erat clau-  
dus ex utero m̄ris sue haurabatur:  
quē ponebat cotidie ad portā templi  
que dicitur speciosa: ut peteret ele-  
mosinā ab introeūtibꝫ in templū.  
**I**s cū vidisset petrū et iohāne inci-  
pientes introire in tēplū: rogabat  
ut elemosinā acciperet. **I**ntuens autē  
petrus in eū cū iohāne dixit. **R**espice  
in nos. **E**t ille intendebat in eos:  
sperans se aliqd accepturū ab eis.  
**P**etrus autē dixit. **A**rgentū et aurū  
nō est michi: qd autē habeo hoc do-  
tibi. **I**n noīe ihesu xpi nazarem surge  
et ambula. **E**t apprehesa manū  
eius dextera alleuauit eū: et p̄tinus  
consolidate sūt bases eius et plante.  
**E**t exiliens stetit: et ambulabat. **E**t

intrauit cū illis in templū: ambulās  
et exiliens et laudans deū. **E**t vidit  
oīs pplius eū ambulante et laudante  
deū. **C**ognoscebat autē illū: qm̄ ipse  
erat qui ad elemosinā sedebat ad spe-  
ciosā portā tēpli. **E**t impleti sūt stupor  
et extasi: in eo qd cōtingerat illi. **C**ū  
teneret autē petrū et iohem: curruit  
oīs pplius ad eos ad portā q̄ appella-  
batur salomonis stupētes. **V**idēs autē  
petrus: respodit ad pplm̄. **D**ñi isrl̄ite  
qd miram̄ in hoc: aut nos qd intuem̄:  
quasi m̄ra v̄tute aut pietate fecerimus  
hūc ambulare. **D**eus abrahā deus isaac  
et deus iacob deus p̄m̄ m̄oꝝ glorificauit  
filū suū ihesū: quē vos quidē tradidistis  
et negastis ante faciem pylati iudicāte  
illo dimitti. **V**os autē sc̄m̄ et iustū ne-  
gastis: et petistis v̄nū homicidā donari  
vobis. **A**uctore v̄o vite miserastis: quē  
deus suscitauit a mortuis: cuius nos  
testes sumꝫ. **E**t in fide noīs eius hūc  
quē vos videtis et nostris cōfirmant  
nomen eius: et fides que p̄ eū dedit  
integrā sanitatē istam in cōspectu oīm  
v̄m̄. **E**t nūc fr̄es sc̄o qz p̄ ignoran-  
ciam fecistis: sicut et p̄ncipes v̄i.  
**D**eus autē qui p̄nūciauit p̄ os oīm  
p̄phaz suozū pati xpm̄ suū: impleuit  
sic. **V**entem̄ igitur et cōuertimini  
ut deleat̄ p̄ctā v̄ā: ut cū venerit  
tēpora refrigeri a cōspectu d̄m̄ et  
miserit eū qui p̄dicatus est vobis  
ihesū xpm̄: quē oportet quidē relū  
recipere vsqꝫ in t̄p̄a restitutiōis oīm  
que locutus est deus p̄ os sc̄oꝝ suoz  
a sc̄lo p̄phaz. **M**oyses quidē dixit

quia propheta suscitabit vobis dominus  
 deus vestester de fratribus vestris tanquam me:  
 ipsum audietis iuxta omnia quecumque  
 locutus fuerit vobis. Erunt autem  
 omnes animae quecumque non audierint prophetam  
 ihesu: extirpabitur de plebe. Et  
 omnes prophete a samuele et deminceps  
 qui locuti sunt annuntiaverunt dies istos.  
 Vos autem estis filii prophetarum et testa-  
 menti quod disposuit deus ad patres  
 nostros: dicens ad abraham. In semine  
 tuo benedicetur omnis familie terre.  
 Vobis primum deus suscitans filium  
 suum misit eum benedicente vobis:  
 ut convertertat se unusquisque a negotia  
**L**oquentibus. **Cap. xiiii.** **Qua**  
 autem illis ad populum superve-  
 nerunt sacerdotes et magistratus templi et  
 saducei: dolentes quod doceret populum et  
 annuntiaret in ihesu resurrectionem  
 ex mortuis. Et iniecerunt in eos manus:  
 et posuerunt eos in custodia usque in mat-  
 tinum. Erat autem iam vespere. Multi autem  
 eorum qui audierunt verbum crediderunt:  
 et factus est numerus virorum quinquaginta  
 milia. Factum est autem in crastinum ut  
 congregarentur principes eorum et seniores  
 et scribe in iherosolimis et ananias princeps  
 sacerdotum et caphas et iohannes et  
 alexander et quotquot erant de genere sa-  
 dotali. Et statuentes eos in medio  
 interrogabat. In qua virtute autem in  
 quo nomine fecistis hoc vobis? Tunc repletus  
 spiritu sancto petrus: dixit ad eos. Principes  
 populi et seniores israel audite. Si nos  
 hodie iudicamini hominibus infirmum in  
 quo iste saluus factus est: notum sit

omnibus vobis et omni plebi israel. quia in nomine  
 ihesu christi nazareni quem vos cruci-  
 fixistis. quem deus suscitavit a mor-  
 tuis. in hoc ipse coram vobis sanus. **astat**  
**H**ic est lapis qui reprobatus est a  
 vobis edificatoribus: qui factus est in  
 caput anguli: et non est in alio alio-  
 salus. Nec enim aliud nomen est sub  
 celo datum hominibus: in quo nos oportet  
 teat saluos fieri. Videtes autem  
 petri constantiam et iohannis coperto  
 quod homines esset sine litteris et ydote  
 admirabatur: et cognoscebat eos  
 quoniam cum ihesu nazareno fuerat. **hoies**  
 quoque videtes stante cum eis qui tu-  
 ratus fuerat nichil poterat contin-  
 dice. **I**usserunt autem eos foras extra  
 consilium secedere: et conferebant ad in-  
 vice dicentes. Quid faciemus viri  
 fratres hominibus istis? quoniam quidem notum  
 signum factum est pro eis omnibus habi-  
 tantibus iherosolimis. **M**anifestum est:  
 et non possumus negare. **S**ed ne am-  
 plius divulgetur in populum: comm-  
 nemur eis. ne ultra loquantur in  
 nomine hoc ulli hominum. **E**t vocantes eos  
 denuntiaverunt illis: ne omnino loque-  
 retur: neque doceret in nomine ihesu.  
**P**etrus vero et iohannes respondentes  
 dixerunt ad eos. **S**i iustum est in con-  
 spectu dei vos potius audire quam  
 deum: iudicate. **N**on enim possumus quod  
 vidimus et audimus non loqui.  
**A**t illi comminantes dimiserunt eos.  
 non timentes quomodo punirent  
 eos propter populum: quia omnes clarifica-  
 bant id quod factum fuerat in eo quod acci-  
**derat**

Amor em erat amplius q̄ quadraginta  
homo: in quo factū erat signū istud  
sanctatis. Dimissi autē venerūt ad suos:  
et annūciauerūt eis quāta ad eos p̄n-  
cipēs sacerdotū et seniores dixissent. Qui  
cū audissent vnanimīter leuaerūt vocē  
ad dñm: et dixerūt. Tu dñe qui fecisti  
celū et terrā mare et oīa que in eis sūt:  
qui spū sc̄o p̄ os p̄ris nr̄i dauid pueri  
tui dixisti. q̄re firmuerūt gētes et ppli  
meditati sūt inania: aspicerūt reges  
terre et p̄ncipes cōuenerūt in vnu ad-  
uersus dñm et adūsus xpm eius. Con-  
uenerūt em̄ vere in ciuitate ista adūsus  
sc̄m puerū tuū ihesū que vixisti hero-  
des et pontius pylatus cū gētibus et  
pplis istis facere que manus tua et  
cōsiliū tuū decreuerūt fieri. Et nūc dñe  
respice in immas eoz: et da seruis tuis  
cū om̄i fiducia loqui verbū tuū: in eo  
qd̄ manū tuā extēdas sanctitates et sig-  
et p̄dignia fieri p̄ nomē sc̄i filii tui ihesu.  
Et cū orassent motus est locus in quo  
erāt cōgregati: et repleti sūt om̄s spū  
sc̄o: et loq̄batur verbū dei cū fiducia.  
**M**ultitudis autē credentū erat cor  
vnu et aīa vna: nec quisq̄ eoz que  
possidebat aliqd̄ suū esse dicebat: sed  
erāt illis oīa cōia. Et v̄tute magna  
reddebāt apli testimoniū resurrex̄  
ihesu xpi dñi nr̄i: et gr̄ia magna  
erat in oībz illis. Neq̄ em̄ quisq̄ egens  
erat int̄ illos. Quotq̄ em̄ possessores  
agroz aut domoz erāt: vendētes affe-  
rebāt p̄cia eoz que vendebāt: et po-  
nebāt ante pedes ap̄loz. Diuidebatur  
autē singulis: put cuiq̄ opus erat

Joseph autē qui cognōiatus est bar-  
sabab ab aplis. qd̄ est int̄pretatū filius  
cōsolatoris leuitēs. cyprius genere cū  
habēt agrū vendidit illū: et attulit  
p̄ccū. et posuit ante pedes ap̄loz.  
**U**ir autē quidā **Capitulum v̄m**  
noīe ananias cū saphira  
uxore sua vendidit agrū: et fraudauit  
de p̄cio agrū conscia uxore sua: et affe-  
rens partē quādam ad pedes ap̄loz  
posuit. Dixit autē petrus ad eū Ana-  
ma cur tēptauit sathanas cor tuū  
mentiri te spū sc̄o: et fraudare de  
p̄cio agrū. Nōne manens tibi mane-  
bat: et venūdatū in tua erat  
p̄tate. Quare posuisti in corde tuo  
hāc rem. Nō es mentitus hōibz: sed  
deo. Audiens autē ananias hec v̄ba:  
cecidit et exsp̄rauit. Et factus est  
timor magnus in om̄s qui audierāt.  
Surgētes autē iuuenēs amouerūt  
eū: et efferētes sepelierūt. Factū est  
autē q̄si horaz triū spaciū: et uxor  
ip̄ius nesciens qd̄ factū fuerat inuēit.  
Dixit autē ei petrus Dic michi mi-  
lier si tanti agrū vendidisti. At illa  
dixit. Etiam tāti. Petrus autē ad eā  
Quid utiq̄ cōuenit vos tēptare spm̄  
dñi. Ecce pedes eoz qui sepelierūt  
vnu tuū ad ostiū: et efferēt te. Et  
cōfestim cecidit ante pedes eius: et  
exsp̄rauit. Intrātes autē iuuenēs  
inuenērūt illā mortuā: et extulerūt  
et sepelierūt ad vnu suū. Et factus  
est timor magnus in vniūsa ecclia:  
et in om̄s qui audierūt hec. **M**an-  
antē ap̄loz fiebāt signa et p̄dignia

multa in plebe: et erat vnanimi om̄s  
 in porticu salomonis Ceteros autē nemo  
 audebat cōiungere se illis: sed magni  
 ficabat eos plūs Magnis autē angela  
 tur in dño credentiu multitudo virorū  
 ac mulierū: ita vt in plateas eicerent  
 infirmos et ponerēt in lectulis et gra  
 batis: ut veniente petro saltim vbra  
 illius obubraret quēq̄ illorū: et libera  
 rentur ab infirmitatibus suis Curre  
 bat autē et multitudo vicinarū ciui  
 tati iherlm: affectes egros et vera  
 tos a sp̄itibz m̄iudis: qui curabatur  
 om̄s Exurgens autē p̄nceps sacerdotū  
 et om̄s qui cū illo erat: q̄ est heresis  
 saduceorū repleti sūt zelo: et misere  
 rit manus in ap̄los: et posuerūt  
 illos in custodia publica Angelus  
 autē dñi p̄ noctem aperiens ianuās  
 carceris et educens eos: dixit Ite et  
 stantes loq̄m̄ in tēplo plebi om̄ia  
 verba vite huius Qui cū audissent  
 intrauerūt diluculo in templū: et  
 docebāt Adueniens autē p̄nceps  
 sacerdotū et qui cū eo erat cōuoca  
 uerūt cōsiliū et om̄s seniores filiorū  
 isrl: et miserūt ad carcerē ut addu  
 cerentur Cū venisset autē m̄stri et  
 aperto carcere nō inuissent illos:  
 reuersi nūciauerūt dicētes Carcere  
 quidē inuenim̄ clausū cū om̄i dili  
 gencia et custodes stātes ad ianuās:  
 aperientes autē neminē intus inue  
 nim̄ Vt autē audierūt hos sermones  
 magistratus tēpli et p̄nceps sacer  
 dotū: ambigebāt de illis quidnam  
 fieret Adueniens autē quidā nūcia  
 uit

eis: q̄a ecce viri quos posuistis in car  
 cerem sūt in templo stātes et docētes  
 pplm Tūc abūt migratis cū m̄stris:  
 et adduxit illos sine vlla vi Timebāt  
 em̄ pplm: ne lapidaretur Et cū addux  
 issent illos: statuerūt in cōsilio Et in  
 terrogauit eos p̄nceps sacerdotū dices  
 Precipiendo p̄cepim̄ vobis ne doce  
 retis in noīe isto: et ecce replestis  
 iherlm doctrina v̄ra: et vultis inducere  
 sup nos sanguinē hoīs istius Rēdes  
 autē petrus et ap̄li dixerūt Obedire  
 oportet deo magis q̄ hoībz Deus p̄m  
 morū suscitauit ihesū: quē vos intere  
 m̄stris suspendētes in ligno Hinc  
 deus p̄ncipem ac saluatore exalta  
 uit dextera sua: ad danda peniten  
 tiam isrl in remissione peccorū Et  
 nos sum̄ testes horū verborū: et sp̄s  
 sc̄us quē dedit deus oībus obedienti  
 bus sibi Hec cū audissent dissembā  
 tur: et cogitabāt m̄ficere illos Sur  
 gens autē quidā in cōsilio phariseus  
 noīe gamaliel legis doctor honora  
 bilis vir vniuersē plebi: iussit foras  
 ad breue hoīes fieri Dixitq̄ ad illos  
 Viri isrlite attendite vobis sup hoī  
 bus istis: quid acturi sitis Ante  
 hos em̄ dies extitit theodas magus  
 dicens se aliquē magnū: cui cōsen  
 sit numerus virorū circiter quadrim  
 gentorū Qui occisus est et om̄s qui  
 cūq̄ credebat ei dissipati sūt: et  
 redactus est ad nichilū Post hūc  
 extitit iudas galileus in diebus  
 p̄fessionis: et auertit populū post  
 se: et ip̄e perit et quotq̄ cōfesse  
 rit



ei dispersi sunt Et nunc itaque dico vobis:  
discedite ab hominibus istis et sinite illos:  
quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut  
opus dissoluetur: si vero ex deo est  
non poteritis illud dissolvere: ne forte  
et deo repugnare invemiamus. Consen-  
serunt autem illi: et convocantes apostolos  
cessis denuntiaverunt ne omnino loquerentur  
in nomine ihesu: et dimiserunt eos. Et  
illi quidem ibant gaudentes a conspectu  
consilii: quoniam digni habiti sunt pro nomine  
ihesu contumeliam pati. Omni autem  
die in templo et circa domos non cessa-  
bant docentes: et euangelizantes christum  
in diebus autem **Cap. vi.** **In ihesu.**  
illis crescente numero discipulorum.  
factum est mirum in grecorum aduersum  
hebreos: eo quod despicerentur in ministerio  
cotidiano vidue eorum. Convocantes  
autem duodecim multitudinem discipu-  
lorum: dixerunt Non est equum nos de-  
clinare verbum dei: et ministrare mensis.  
Considerate ergo fratres viros ex vobis  
boni testimonii septem: plenos spiritu sancto  
et sapientia: quos constituamus super hoc  
opus. Nos vero orationi et ministerio  
verbi instantes erimus. Et placuit ser-  
mo coram omni multitudine. Et elegerunt  
stephanum virum plenum fide et spiritu sancto  
et philippum et procorum mychanorem  
et timonem et parmeniam et nicolaum  
aduenam antiochenum. Hos statuerunt  
ante conspectum apostolorum: et orantes im-  
posuerunt illis manus. Et verbum domini  
crescebat: et multiplicabatur numerus  
meus discipulorum in iherosolymis valde.  
Multa etiam turba sacerdotum obediebat

fidei. Stephanus autem plenus gratia  
et fortitudine faciebat prodigia et signa  
magna in populo. Surrexerunt autem quidam  
de synagoga que appellabatur liberti-  
norum et cyrenensium et alexandrinorum et  
eorum qui erant a cilicia et asyria: disputa-  
tes cum stephano. Et non poterant resistere  
sapientie et spiritui qui loquebatur. Tunc sub-  
miserunt viros qui dicerent se audisse  
eum dicente verba blasphemie in moysen  
et deum. Convenerunt itaque plebem  
et seniores et scribas: et circumvenerunt  
eum et adduxerunt in consilium:  
et statuerunt falsos testes dicentes. Homo  
iste non cessat loqui verba blasphemie  
aduersum locum sanctum et legem. Audiuimus  
enim eum dicente: quoniam ihesus nazarenus  
hic destruet locum istum: et mutabit  
traditiones quas tradidit nobis  
moyses. Et intuentes in eum omnes qui  
sedebant in consilio: viderunt faciem eius  
tamquam faciem angelus. Dixit autem princeps  
sacerdotum. Si hec ita se habet. Qui autem  
vir fratres et pres. **Cap. vii.**  
**Quandite Deus glorie apparuit**  
patri nostro abraham cum esset in mesopota-  
mia postquam moraretur in charran:  
et dixit ad illum. Exi de terra tua et de  
cognatione tua: et veni in terram  
quam monstravero tibi. Tunc exiit de  
terra chaldeorum: et habitavit in char-  
ran. Et inde postquam mortuus est pater  
eius transtulit illum in terram istam: in  
qua nunc vos habitatis. Et non dedit  
illi hereditatem in ea: nec passum pedis:  
sed permisit illi dare eam in possessione  
nem et semini eius post ipsum cum non

habet filium Locutus est autē ei deus quā  
 erit semen eius accola in terra aliena et  
 seruituti eos subiciet: et male tracta-  
 bunt eos ānis quadringentis Et gentē  
 cui seruerint iudicabo ego dicit dñs  
 Et post hec exhibuit: et seruiet michi in loco  
 isto Et dedit illi testamentū circūcisionis  
 et sic genuit ysaac et circūcidit eū die  
 octauo: et ysaac iacob. et iacob duode-  
 cim priarctas Et priarcthe emulātes:  
 ioseph vendiderūt in egyptū Et erat  
 deus cū eo: et eripuit eū ex oībus  
 tribulatioibz suis: et dedit ei grāciā  
 et sapiām in cōspectu pharaonis  
 regis egypti: et cōstituit eū ppositū  
 sup egyptū: et sup omēm domū suā  
 Venit autē fames in vniūsa egyptū  
 et chanaan et tribulatio magna: et  
 nō inueniebāt cibos p̄cēs nr̄i Cū  
 audisset autē iacob esse frumentū  
 in egypto misit p̄cēs nr̄os p̄mū: et  
 in sc̄do cognitus est ioseph a fr̄ibus  
 suis: et manifestati sunt pharom genis  
 eius Mittens autē ioseph accesserunt  
 iacob p̄rem suū et oēm cognationē:  
 in aiabus septuaginta q̄ngz Et desce-  
 dit iacob in egyptū: et defunctus est  
 ip̄e et p̄cēs nr̄i et trāslati sūt in sy-  
 chem: et positi in sepulchro qd̄ emit  
 abrahā p̄rio argenti a filiis emor  
 filis sychem Cū appropinquaret  
 autē tēpus remissionis quā cō-  
 fessus est deus abrahe creuit p̄plus  
 et multiplicatus est in egypto:  
 quoad usq̄ alius rex surrexit in  
 egypto qui nō sciebat ioseph Hic  
 circūuēniens genis nr̄i: afflixit

p̄cēs nr̄os: ut exponeret infates suos  
 ne viuificaretur. Eodē t̄p̄e natus est  
 moyses: et fuit gratus deo Qui mi-  
 tritus est tribus mensibz in domo  
 p̄ris sui Exposito autē illo susculit  
 illū filia pharaonis: et enutriuit eū  
 sibi in filiū Et eruditus est moyses  
 oī sapia egyptiorū: et erat potens in  
 verbis et in opibz suis Cū autem  
 implectur ei q̄draginta ānoz tempus:  
 astēdit in cor eius vt visitaret fr̄es  
 suos filios isrl̄ Et cū vidisset quēdā  
 iniuriā patientē iudicauit illū: et  
 fecit vltionē ei qui iniuriā sustine-  
 bat percussio egyptio Estimabat autē  
 intelligere fr̄es: qm̄ deus p̄ manus  
 ip̄ius daret salutē illis At illi non  
 intellexerūt Sequenti vero die appa-  
 ruit illis litigatibus: et recōsiliabat  
 eos in pace dicens Viri fr̄es estis: ut  
 quid nocetis alterutri Qui autem  
 iniuriā faciebat primo suo: reppu-  
 lit eū dicens Quis te cōstituit p̄ncipē  
 et iudicē sup nos Nūqd̄ interficē me  
 tu vis quēadmodū interfecisti heri  
 egyptiū: fugit autē moyses in v̄bo  
 isto: et factus est aduena in terra  
 madian: vbi generauit duos filios  
 Et expletis ānis q̄draginta: apparuit  
 illi in deserto motis s̄rna angelus in  
 igne flāme rubi Moyses autē vidēs:  
 ammiratus est visū Et accēdēt illi vt  
 cōsideraret: facta est ad eū vox dñi di-  
 tens Ego sū deus p̄m̄ tuorū: deus abra-  
 ham deus ysaac et deus iacob Tremē  
 factus autē moyses: nō audebat con-  
 fidere Dixit autē illi deus Solue

**T.** calciamentū pedū tuorū: locus em̄ in  
quo stas terra sc̄a est. Videns vidi af-  
lictionē ppli mei qui est in egypto: et  
gemitū eorū audiui: et descēdi liberare  
eos. Et nūc veni: et mittā te in egyptū.  
**H**ūc moysen quē negauerūt dicētes.  
quis te cōstituit p̄ncipē et iudicem  
sup̄ nos: hūc deus p̄ncipē et redēp-  
torem misit cū manu āgeli qui ap-  
paruit illi in rubo. **H**ic eduxit illos  
faciens p̄digia et signa in t̄ra egypti  
et in rubro mari: et in deserto.  
ānis quadragita. **H**ic est moyses:  
qui dixit filiis isrl̄. **P**phetā vobis  
suscitabit deus de fr̄ibus v̄ris tāq̄  
me: ipsū audietis. **H**ic est qui fuit  
in eccl̄a in solitudine cū angelo  
qui loq̄batur ei in mōte syua et cū  
p̄ribz m̄ris: qui accepit verba vite  
dare nobis. **C**ui noluerūt obedire  
p̄res m̄ri: sed repulerūt eū: et  
aversi sūt cordibus suis in egyptū.  
dicētes ad aaron. **F**ac nobis deos  
qui p̄cedant nos: moysi em̄ hūc  
qui eduxit nos de t̄ra egypti nesci-  
mus quid factū sit ei. **E**t vitulum  
fecerūt in illis diebus et obtulerūt  
hostiā simulachro: et letabātur in  
opibus manū suarū. **C**onvertit autē  
deus et tradidit eos seruire im̄bitie  
celi: sicut scriptū est in libro p̄phetarū.  
**N**ūquid victimas et hostias obtu-  
listi michi ānis quadragita in deserto  
domo isrl̄? **E**t suscepistis tabernaculū  
moloche et sidus dei m̄ri rempham.  
figuras quas fecistis adorare eas:  
et trāsserā vos in babilonē. **T**abna-  
culū

testimoniū fuit cū p̄ribz m̄ris in deser-  
to: sicut disposuit deus loquēs ad moy-  
sen. ut faceret illud sc̄dm̄ formā quā  
viderat. **Q**uod et introduxerūt susci-  
pientes p̄res m̄ri cū ihesu in posses-  
sionē gentiū quas expulit deus a  
facie p̄rim̄ m̄roz: vsq̄ in diebz dauid.  
qui inuenit gr̄iā ante deū: et peccat  
ut inueniret tabernaculū deo iacob.

**S**alomon autē edificauit illi domū:  
sed nō excelsus in manufactis habitat  
sicut p̄pheta dicit. **C**elū michi sedes est:  
terra autē scabellū pedū meorū. **Q**uā  
domū edificabitis michi dicit d̄ns:  
aut quis locus requietionis mee  
est? **N**ōne manus mea fecit herōia.  
**D**ura ceruice et incircūcisi cordi-  
bus et auribus: vos sc̄p̄ sp̄i sc̄o  
resististis: sicut p̄res v̄ri et vos. **Q**uē  
p̄phetarū nō sūt p̄secuti p̄res v̄ri:  
**E**t occiderūt eos qui p̄nūciabant de  
aduentu iusti: cuius vos nūc p̄dito-  
res et homicidē fuistis: qui acce-  
pistis legē in dispositione āgelorū:  
et nō custodistis. **A**udientes autē her-  
disscabātur cordibz suis: et stride-  
bant dentibus in eū. **C**ū autē esset  
plenus sp̄i sc̄o: intendens in celū  
vidit gloriā dei. et ihesū stantē a  
dextris v̄tutis dei: et ait. **E**cce vido  
celos apertos: et filiū hōis a dextris  
stantē v̄tutis dei. **E**xclamātes autē  
voce magna. cōtinuerūt aures  
suas: et impetū fecerūt vnanimi-  
ter in eū: et eicientes eū extra ciui-  
tate lapidabāt. **E**t testes deposuerūt  
vestimēta sua secus pedes adolescētis

qui vocabatur saulus. Et lapidabat  
stephanū: inuocante et dicente Dñe  
ihesu: suscipe spm meū. Positis autē  
genuibus: clamauit voce magna dices  
Dñe ne statuas illis hoc pctm. Et cū  
hoc dixisset: obdormiuit in dño. **Cap<sup>m</sup>**  
**S**aulus autē erat **Octauū**  
consentiens neci eius. facta  
est autē in illa die persecutio magna  
in ecclia que erat iherusolimis:  
et om̄s dispersi sūt p̄ regiones iudee et  
samarie preter aplos. Curauerūt autē  
stephanū viri timorati: et fecerunt  
placētū magnū sup̄ eū. Saulus  
autē deuastabat eccliam p̄ domos  
intrans: et trahēs viros ac mulieres  
tradebat in custodia. Igitur qui dissi  
si erat: p̄trāsibat euangelizates v̄bū  
dei. **Philippus** autē descendens in  
ciuitatē samarie: p̄dicabat illis  
xpm. Intendebāt autē turbe hñs  
que a philippo dicebātur: vnam  
inter audientes et videtes signa  
que faciebat. Multi em̄ eorū qui ha  
bebāt sp̄s im̄dos: clamantes  
voce magna exhibāt. Multi autem  
palitici et claudi curati sūt. factū  
est ergo magnū gaudiū in illa ciui  
tate. **Vir** autē quidā noīe symon  
qui ante fuerat in ciuitate magnus  
seducens gentē samarie dicens se  
esse aliquē magnū: cui ausculta  
bāt om̄s a n̄mo usq; ad maximū  
dicētes. hic est vn̄tus dei q̄ vocatur  
magna. Attendebāt autē eū p̄t  
q̄ multo tempore magicis suis  
dementasset eos. Cū vero credidiss̄

sent philippo euangelizati de reg  
no dei et noīe ihesu xpi. baptiza  
batur vñq; ac mulieres. **Tūc** symō  
et ip̄e credidit: et cū baptisatus eēt  
adherebat philippo. Videns etiam  
signa et vtutes maximas fieri:  
stupens admirabatur. Cū autē  
audisset apli qui erāt iherusolis  
q̄a recepisset samaria verbū dei:  
miserūt ad eos petrū et iohāne.  
Cui cū venisset: orauerūt p̄ ip̄s  
vt acciperet spm scm̄. **Non** dū em̄  
in quēq; illoꝝ venerat: sed bapti  
sati tm̄ erāt in noīe dñi ihesu. **Tūc**  
ip̄onebāt manus sup̄ illos: et acci  
piebāt spm scm̄. Cū audisset autē  
symō quia p̄ ip̄ositionē manus  
aplorū daretur sp̄s st̄s: obtulit  
eis pecuniā dicens. Date et michi  
hāc ptātem: ut cuiuscūq; ip̄osuerō  
manus accipiat spm scm̄. **Petrus**  
autē dixit ad eū. Pecunia tuaterū  
sit in p̄ditionē: qm̄ donū dei exi  
masti pecunia possideri. **Nō** est  
tibi pars neq; sortis in sermone isto.  
Cor em̄ tuū non est rectū corā deo.  
**Penitentiā** itaq; age ab hac neq;  
cia tua: et roga deū si forte remit  
tatur tibi hec cogitatio cordis tui.  
**In** felle em̄ amaritudis et obli  
gatione inq̄tatis. video te esse.  
**Respondens** autē symō dixit. Pre  
cāam vos pro me ad dñm: ut ni  
chil veiat sup̄ me horū q̄ dixistis.  
**Et** illi quidē testificati et locuti  
verbū dñi. redibāt iherusolimā:  
et multis regionib; samaritanorū

**T.**

euangelizabat Angelus autē dñi locutus est ad philippū dicens Surge et vade cōtra meridiā ad viam que descendit ab ihrlm in gazam: hec est deserta Et surgens abiit Et ecce vir ethiops eunuchus potes cāda- cis regine ethiopū qui erat super omēs gazas eius venerat adorare in ihrlm: et reuertebatur sedes sup currū suū. legensq; ysaiā ppheta Dicit autē spūs philippo Accede et adiunge te ad currū istū Accur-rens autē philippus. audiuit eū legentē ysaiā ppheta: et dixit Putas ne intelligis que legis? Qui ait Et quomō possū: si nō aliq̄s ostenderit michi Rogauitq; philippū vt ascēderet: et sederet secū Locus autem scripture quā legebat. erat hic Tāq; ovis ad occisionē ductus est: et sicut agnus corā tondēte et sine voce sic nō aperuit os suū In hūilitate iudicū eius sublatū est Generatiōne illius q̄s enarrabit: Qm̄ tollitur de terra vita eius Rūdens autē eunuchus philippo dixit Obsecro te de quo ppheta dicit hoc. de se an de alio aliquo? Aperiens autem philippus. os suū et incipiens ab scriptura ista: euangelizauit illi ihesū Et dū irent p viā: venerūt ad quādam aquā Et ait eunuchus Ecce aqua: quis me phibet baptizari Dicit autē philippus Si credis ex toto corde licet Et rūdens ait Credo dei filiū esse ihesū xpm Et iussit stare currū Et

descenderūt vterq; in aquā philippus et eunuchus: et baptizauit eū. Cū autē ascēdisset de aqua: spūs dñi rapuit philippū: et amplius nō vidit eū eunuchus Ibat em̄ p viam suā gaudens Philippus autē inuentus est in azoto: et p̄trāsicens euangelizauit ciuitatibus cūctis. donec veniret cesarēā. **S**aulus adhuc **caplm̄ ix.** sp̄rans minarū et cedis vni discipulos dñi: accessit ad primicipē sacerdotū. et petiit ab eo epistolab in damascū ad synagogas: ut si quos inuenisset huius vic viros ac ml̄eres. vinctos p̄duceret ihrlm Et cū iter faceret. contigit ut appropinq̄ret damasco Et subito circumfulsit eū lux de celo: et cades in terrā audiuit vocē dicentem sibi Saule saule: qd̄ me p̄sequeris? Qui dixit Quis es dñe? Et ille Ego sū ihesus nazareus: que tu p̄sequeris Durū est tibi cōtra stimulū recalcitrare Et tremens et stupēs dixit Dñe: qd̄ me vis facē? Et dñs ad eū Surge et ingredere ciuitatē: et dicetur tibi qd̄ te oporteat facē Viri autē illi qui comitabatur: cū eo stabāt stupefacti: audietes quidē vocē: neminē autē videtes Surrexit autē saulus de terra: aptisq; oculis nichil videbat Ad manus autē illū trahebentes: introduxerūt damascū Et erat tribus diebus nō videns: et nō māducauit neq; bibit Erat

autē quidā discipulus damasci: noīe  
 anamas Et dixit ad illū in visu dñs.  
**A**nama At ille ait Ecce ego dñe Et dñs  
 ad eū Surge: vade in vicū q̄ vocatur  
 rectus: et quere in domū iude saulu  
 noīe tharsense Ecce em̄ orat Et vidit  
 vñū anamā noīe introentem et ip̄o  
 nentē sibi manus: ut visu recipiat  
**R**ndit autē anamas Dñe audiui a  
 multis de vno hoc quāta mala fecerūt  
 fr̄is tuis in iherl̄m: et h̄c habet ptatē  
 a p̄ncipibꝯ sacerdotū. alligandōm̄ q̄  
 nuocat nomē tuū Dixit autē ad illū  
 dñs Vade: qm̄ vas electōis michi est  
 iste: ut portet nomē meū corā gētibꝯ  
 et regibus et filiis isrl̄ Ego em̄ osten  
 dam illi: quāta oporteat eū p̄ noīe  
 meo pati Et abiit anamas et intro  
 iuit domū: et ip̄onens ei manus dixit  
**S**aule frater: dñs ihesus misit me qui  
 apparuit tibi in via qua venias: ut  
 videas et implearis sp̄u s̄cō Et cōfess̄  
 ceciderūt ab oculis eius tāq̄ squame:  
 et visu recepit Et surgēs baptizatus  
 est Et cū accepisset cibū. cōfortatus  
 est fuit autē cū discipulis qui erāt  
 damasci: p̄ aliquot dies Et cōtinuo  
 ingressus in synagogas pdicabat  
 ihesū: qm̄ hic est filius dei Stupebāt  
 autē om̄s qui eū audiebāt: et dicebāt  
 Nōne hic est qui expugnabat in iherl̄m  
 eos qui nuocant nomē istud? Et h̄c  
 ad hoc venit: ut victos illos duceret  
 ad p̄ncipes sacerdotū Saulus autē  
 magis cōualestebat: et cōfidebat  
 iudeos qui habitabāt damasci. affirmās  
 qm̄ hic est x̄ps Cū impleretur autē

dies multi: cōsiliū fecerūt inderi ut eū  
 m̄ficeret Note autē facte sūt saulo  
 insidie eorū Custodiebāt autē et portas  
 die ac nocte: ut eū m̄ficeret Accipi  
 entes autē eū discipuli nocte: per  
 murū demiserūt eū: submittentes in  
 sporta Cū autē venisset in iherl̄m tēp̄  
 tavit se iungē discipulis: et om̄stine  
 bāt eū: nō credētes qd̄ eēt discipulꝯ  
**B**arnabas autē apprehensū eū duxit  
 ad ap̄los: et narrauit illis quomō  
 in via vidisset dñm. et q̄ locutus est  
 ei: et quomō in damasco fiducialiter  
 egerit in noīe ihesu Et erat cū illis  
 intrans et exiens in iherl̄m: et fidu  
 cialiter agens in noīe dñi loq̄batur  
 quoq̄ gentibꝯ. et disputabat cū gre  
 cis Illi autē q̄rebat occidē eū Qd̄ cū  
 cognouisset fr̄es: deduxerūt eū cesa  
 ream: et dimiserūt tharsū **E**clia  
 quidē p̄ totā iudeā et galilea et sama  
 riam habebat pacē: et edificabatur  
 ambulās in timore dñi: et cōsolatioe  
 sp̄us s̄c̄i replebatur factū est autē  
 ut petrus dñi trāsiret vniuersos. deue  
 nit ad sc̄os qui habitabāt lide **I**n  
 uenit autē ibi hoīem quēdā nomine  
 enea ab annis octo iacentē in grabato:  
 qui erat paliticus Et ait illi petrus  
 Enea. sanet te dñs ihesus x̄ps Surge  
 et sterne tibi Et cōtinuo surrexit:  
 et viderūt illū om̄s qui habitabāt  
 lide et saronē Qui cōfisi sūt ad dñm  
**I**n ioype autē sūt quēdā discipula  
 noīe thabitoē. q̄ m̄ptata dicitur dor  
 cas Hec erat plena opibꝯ bonis:  
 et eleosimis quas faciebat factū est

autē in diebꝫ illis: ut infirmata more  
retur. Quā cū lauissent: posuerūt  
eam in tenaculo. Cū autē ꝑꝑe esset  
lidda ab ioppe: discipuli audientes  
q̄a petrus esset in ea: miserunt  
duos vnos ad eū: rogātes ne pigri-  
teris venire vsqꝫ ad nos. Exurgēs  
autē petrus: venit cū illis. Et cū  
aduēssēt duxerūt illū in genati-  
lū: et circūsteterūt eū om̄s ~~fletus~~  
vidue fletēs: et ostēdebāt ei tuni-  
cas et vestes quas faciebat illis  
doras. Eiectis autē oibꝫ foras:  
petrus ponens genua orauit. Et  
cōuersus ad corpus dixit. Tabita:  
surge. At illa aperuit oculos: et  
visō petro resedit. Dans autē illi  
manū: erexit eam. Et cū vocasset  
scōs ac viduas: assignauit eam  
vniū. Notū autē factū est ꝑ vni-  
uersā ioppen: et crederūt multi  
in dño. Factū est autē ut dies mul-  
tos moraretur in ioppe: apud sy-  
monē quēdā coriariū. *Caplin x<sup>m</sup>*

*H.*  
**Q**uā autē quidā erat in cesa-  
rea noīe cornelius centurio  
cohortis q̄ dicitur: italica religiosus  
ac timens deū cū om̄i domo sua:  
faciens elemosinas multas plebi:  
et deꝑrans deū semp: vidit in visu  
māifeste q̄si hora nona diei angelū  
dei introeūtem ad se et dicentē sibi  
Corneli. At ille intuens in eū: timore  
correptus dixit. Quis es dñe? Dixit  
autē illi. Orationes tue et eleōsme  
tue ascenderūt in mēōriam in con-  
spectu dei. Et nūc mitte vnos in

ioppen: et accēsi symonē quēdam qui  
cognōiatur petrus. Hic hospitatur  
apud symonē quēdā coriariū: cuius  
est domus iuxta mare. Hic dicit  
sibi quid te oporteat facē. Et cū  
discessisset: angelus qui loquitur  
ei: vocauit duos domesticos suos et  
milite metuente dñm ex hñs qui  
illi parebat. Quibus cū narrasset  
oīa: misit illos in ioppen. Postera  
autē die iter illis facientibꝫ appo-  
p̄mquātibꝫ ciuitati: ascendit pe-  
trus ut oraret c̄ra horā sextam.  
Et cū esuriret: voluit gustare.  
Paratibus autē eis: cecidit sup  
eū mētis excessus: et vidit celū  
apertū: et descendēs vas quoddā lin-  
theū magnū q̄tuor litris submitti  
de celo in terrā: in quo erāt om̄ia  
quadripedia terre et serpenia et  
volatilia celi. Et facta est vox ad  
eū. Surge petre: occide et mādu-  
ta. At autē petrus. Absit dñe: q̄  
nūqꝫ māduram cōmune et imū-  
dū. Et vox iterū sc̄do ad eū: Que-  
deus purificauit tu ne cōmune  
dixeris. Hoc autē factū est ꝑ ter:  
et statim receptū est vas in celū.  
Et dū intra se hestitaret petrus  
quidnā esset visio quā vidisset  
ecce vni qui missi erāt a cornelio  
ingrentes domū asiterūt ad ia-  
nuā. Et cū vocassent: interroga-  
bāt si symō qui cognōiatur petrus  
illuc habet hospitium. Petro autē  
cogitate de visione: dixit spūs ei.  
Ecce vni tres querūt te. Surge

itaq; et descende et vade cum eis nichil  
dubitans: quia ego inisi illos. **D**escen-  
dens autem petrus ad vobis dixit  
**E**cce ego sum quem queritis. **Q**ue causa  
est propter quam venistis. **Q**ui dixerunt  
**C**ornelius centurio vir iustus et  
timens deum et testimonium bonum ha-  
bens ab universa gente iudeorum respo-  
sum accepit ab angelo sancto accessisse  
te in domum suam: et audire verba  
abs te. **I**ntroduces igitur eos rece-  
pit hospitio. **S**equenti autem die surgens  
perfectus est cum eis: et quidam ex fratribus  
ab ioppe comitati sunt eum. **A**ltera autem  
die intravit cesaream. **C**ornelius vero  
expectabat illos: convocatis cognatis  
suis et necessariis amicis. **E**t factum  
est cum introisset petrus: obviavit ei  
cornelius prociens ad pedes eius  
adoravit. **P**etrus vero levavit eum di-  
cens. **S**urge: et ego ipse homo sum. **E**t  
loquens cum illo intravit: et invenit  
multos qui conerant. **D**ixitque ad il-  
los. **V**os scitis quomodo abhorati estis  
sicut viro iudeo coniungi aut accedere ad  
alienigenam: sed michi ostendit deus  
nemine contra aut mundum dicit hominem:  
propter quod veni sine dubitatione existi-  
tus. **I**ntrogo ergo qua ob causa exer-  
sistis me. **E**t cornelius ait. **A**nudius  
quarta die usque ad hanc horam orans  
eram hora nona in domo mea: et ecce  
vir stetit ante me in veste candida: et  
ait. **C**orneli exaudita est oratio tua: et  
electio tue commemorate sunt in con-  
spectu dei. **M**itte ergo in ioppen et  
accersis symonem qui cognovisti petrum:

hic hospitatur in domo symonis coria-  
ri in iuxta mare. **C**onfestim inisi ad te:  
et tu benefecisti veniendo. **N**unc ergo  
omnes nos assumo in conspectu tuo:  
audire omnia quecumque precepta sunt tibi  
a domino. **A**periens autem petrus os  
suum dixit. **I**n veritate conperi quomodo  
non est personarum acceptor deus: sed in  
omni gente qui timet eum et operatur  
iustitiam acceptus est illi. **V**erbum  
inisi deus filius israhel: annuncians  
pacem per iesum christum. **H**ic est omnidies  
**V**os scitis quod factum est verbum per om-  
niversam iudeam. **I**ncipiens enim a gali-  
lea post baptismum quod predicavit io-  
hanes iesum a nazareth quomodo  
vixit cum deo spiritu sancto et virtute:  
qui pertransiit benefaciendo et sanando  
omnes oppressos a diabolo: quomodo deus  
erat cum illo. **E**t nos testes sumus omnium  
que fecit in regione iudeorum et iherusalem:  
que occiderunt susceperunt in ligno.  
**H**ic deus suscitavit tertia die: et  
dedit eum manifestum fieri non omni populo  
sed testibus preordinatis a deo: nobis  
qui manducavimus et bibimus cum illo  
postquam resurrexit a mortuis. **E**t pre-  
cepit nobis predicare populo et testificari:  
quia ipse est qui constitutus est a deo in  
dex vivorum et mortuorum. **H**ic omnes  
prophete testimonium prehibent: remissio-  
ne peccatorum accipe per nomen eius omnes  
qui credunt in eum. **A**d huc loquente  
petro verba hec: cecidit spiritus sanctus  
super omnes qui audiebant verbum. **E**t  
obstupuerunt ex circumcissione fideles  
qui venerant cum petro: quia et in



nationes gratia sp̄s s̄c̄i effusa est. Au-  
diebat em̄ illos loquentes linguis: et  
magnificantes deū. Tūc respōdit petrus  
Aliquid aquā quib̄ prohibere potest  
ut nō baptizentur hī qui sp̄m s̄c̄m  
acceperūt sicut et nos. Et iussit eos  
baptizari in nōie d̄ni ihesu xp̄i. Tūc  
rogauerūt eū: ut maneret apud  
eos aliquot diebus. **Capitulum xii.**  
**A**udierūt autē ap̄li et fr̄es  
qui erāt in iudea: qm̄ et  
gentes receperūt verbū dei. Cū ascē-  
disset autē petrus iherusolimā discip-  
tabat ad iudeos illū qui erāt ex circūci-  
sione dicētes. Quare introisti ad viros  
ip̄ociū habētes: et mādurasti cū illis.  
Incipiens autē petrus exponēbat  
illis ordīe dicens. Ego erā in ciuita-  
te ioppe orans: et vidi in excessu mē-  
tis visionē descendēs vas quoddam  
velut linteū magnū quatuor micis  
submitti de celo: et venit vsq; ad me.  
In quo intuens cōsideabā et vidi qua-  
drupedia terre et bestias et reptilia  
et volatilia celi. Audiu autē et vocē  
dicentē michi. Surge petre: occide et  
māduca. Quia autē Nequaquā dñe: q̄  
cōmune aut mūdū nūq; intrōnit  
in os meū. Rēdit autē vox s̄c̄i de celo.  
Que deus mūdauit tū ne cōe dixeris.  
Hoc autē factū est p̄ter: et recepta  
maui rogare fratres ut proueniat ad vos et ip-  
sorum remissa benedictionem hac parata esse:  
sic quasi benedictione: non quasi auaritia. **H**oc  
autem dico: quia qui parte seminat parte et  
metet. **E**t qui seminat in benedictionibus: de ben-  
dictionibus et metet. **V**niusquisque putat destinant  
in corde suo: non ex tristitia aut ex nequitate.  
**H**ylare enim datore diligit deus. **H**ortens est  
autem deus omnem gratiam habundare facere in  
vobis: ut in omnibus semper omnem sufficientiam  
habentes. habundetis in omne opus bonum: si-  
cut scriptum est. **D**ispexit dedit pauperibus:  
iusticia eius manet in seculum seculi. **Q**ui autem  
ad ministrat semen seminati: et panem ad  
manducandum prestabit. **E**t multiplicabit  
semen vestrum. et augetur incrementa frugum  
iusticie vestre: ut in omnibus locupletati habunde-  
tis in omnem simplicitate: que operatur per nos  
gratiarum actione deo. **Q**ui misterium huius offi-  
cii non solum supplet ea que desunt fratribus: sed etiam  
habundat per multos gratiarum actione in domino: per  
tionem

platione in ista huius glorificatione deum in obedientia confessionis vestre in euangelio christi et simplicitate conuocatis in illos et in omnes et ipsorum obsecratione pro uobis. desiderantium uos pro eminenti gratia dei in uobis. **Frater** deo super inenarrabili dono eius. **Ipe** autem ego paulus obsecro uos pro mansuetudine et modestiam christi: qui in facie quidem humilis sum inter uos: absens autem confido in uobis. **Cap. x.**

**R**ogo autem ne presens audeam pro ea confidenciam qua existimor aude in quosdam: qui arbitrantur nos tanquam secundum carnem ambulamus. In carne enim ambulantes non secundum carnem uultamus. **Non** arma militie nostre non sunt carnalia sed potentia deo ad destructionem munitionum: consilia destruentes et omnem altitudinem destruentes extollentes se aduersus scientiam dei: et in captiuitate redigentes omnem intellectum in obsequium christi: et in promptu habentes ultimum omnem inobedienciam: cui impleta fuit uera obedientia. **Que** secundum faciem suam uideat. **Si** quis confidit sibi christi se esse: hoc cogitet iter apud se: quod sicut ipse christus est: ita et nos. **Non** et si amplius aliquid gloriaberis fiero de potestate mea quam dedit nobis dominus in edificationem et non in destructionem uiam: non eubescam. **Ut** autem non existimetis tanquam terrene uos pro epistolas quas quidem inquit epistole graues sunt et fortes presentia autem corporis infirma et sermo contempnibilis: hoc cogitet qui cuiusmodi est: quia quales sumus uerbo pro epistolas absentes: tales et presentes in facto. **Non** enim audeamus insecrere aut comparare nos quibusdam qui seruos commendat: sed ipsi in uobis nosmetipsos mentientes et comparantes nosmetipsos uobis. **Nos** autem non in mensura gloriabimur: sed secundum mensuram glorie quam mensus est nobis deus: mensura pertingendi usque ad uos. **Non** enim quasi non pertingentes usque ad uos: super extendimus nos. **Usque** ad uos enim peruenimus in euangelio christi: non in mensura gloriantes in alienis laboribus. **Spem** autem habentes crescentis fidei uestre in uobis magnificari secundum regulam mentium in habundantia etiam

in illa quam ultra uos sunt euangelizare: non in aliena regula in huius apparata sunt gloriari. **Qui** autem gloriatur in domino gloriatur. **Non** enim qui seipsum commendat ille probatus est sed que deus commendat. **Cap. xi.**

**U**tinam sustinetis modicum quod in insipientie mee: sed et supportate me. **Emulor** enim uos: dei emulatores. **Despodi** enim uos unum: uirginem castam exhibeo christo. **Unico** autem ne sicut serpens euam seduxit astutia sua ita corrumpatur sensus ueritatis: et excidat a simplicitate que est in christo. **Non** si is qui uenit alium christum predicat que non predicat: aut alium spiritum **accipitis** que non accepistis: aut aliud euangelium quod non receperistis: recte patemini. **Existimo** enim nichil me minus fecisse: a magno apostolo. **Non** et si imperitus sum sermone: sed non scientia. **In** omnibus autem manifestus sum uobis. **Aut** nam quod preteritum feci incipimus humilians ut uos exaltemus: quoniam gentis euangelium dei euangelizauimus uobis. **Alias** etiam ex poliam accipiens stipendium ad ministerium meum. **Et** cum essem apud uos et egerem: nulli onerosus fui. **Non** quod michi deerat suppleuerit fratres qui uenerunt de macedonia. **Et** in omnibus sine onere me uobis seruaui et seruabo. **Est** ueritas christi in me quam heret glatio non infringetur in me in regionibus archaie. **Quare:** Quia non diligo uos: **Deus** scit. **Quid** autem facio et faciam: ut amputem occasione eorum que uolunt occasione: ut in quo gloriatur inueniantur sicut et nos. **Non** eiusmodi pseudo apostoli operari sunt subdoli: transfigurantes se in apostolos christi. **Et** non mirum. **Ipsa** enim sathanas transfiguratur se in angelum lucis. **Non** est ergo magna: si ministri eius transfigurantur uelut ministri iusticie. **Quorum** fides erit secundum opera ipsorum. **Iter** dico: ne quis me putet insipientem illi quoniam uelut insipientem accipite me: ut et ego modicum quod quid gloriar. **Quid** loquor non loquor secundum deum: sed quasi in insipientia in hac substantia glorie. **Quoniam** multi

gloriantur scdm carnem: et ego glabor. **L**ibeter  
em suffertis insipientes: cum sitis ipse sapien-  
tes. **S**uffertis em si qd in seruitute vos  
redigit: si qd denotat: si qd accipit: si qd  
extollitur: si qd in facie vos cedit. **S**cdm  
ignobilitate dico: qsi nos infirm fuerim  
in hac pte. **I**n quo qd audeat: in insipien-  
cia dico: audeo et ego. **H**ebrei sut: et ego  
**I**srhelite sut: et ego. **S**emen abrahe sut:  
et ego. **M**inistri xpi sut: et ego. **U**t nimis  
sapiens dico: plus ego. **I**n laboribus plu-  
rius: in carceribus habundantius: in pla-  
gis sup modum: in mortibus frequenter.  
**I**udeis quinquies quide quadragenas  
vna nimis accepi. **F**ecit virgis cecus su:  
semel lapidatus su: ter naufragum feci.  
**N**octe ac die in profundu maris fui.  
**I**n itineribus sepe. **P**ericulis fluminum:  
periculis latronum: periculis ex grege: peri-  
culis ex gemitibus: periculis in ciuitate: peri-  
culis in solitudine: periculis in mari: peri-  
culis in falsis fratribus. **I**n labore et in  
erupna: in vigilis multis. **I**n fame et  
siti: in ieiuniis multis. **I**n frigore et  
nuditate. **P**ter ea qd sustulit: instan-  
cia mea cotidiana sollicitudo omni curaz.  
**Q**uis infirmatur: et ego no infirmor.  
**Q**uis scandalizatur: et ego no vior. **I**n  
glori oportet q infirmitatis mee sut  
glabor. **D**eus et pater dñi nri ihesu xpi  
scit qui est bñdctus in scela: q no mentior.  
**D**amasci ppositus gēnis arethe regis  
custodiebat ciuitate damastenor vt  
me cōprehendēt: et p fenestram in spor-  
ta demissus su p murum: et sic effugi

manus eius. **Cap. xxiij.**  
**I**n glori oportet no expedit qdē  
venia aut ad visiones et reuelaciones  
dñi. **S**cio hoicm in xpo ante annos qua-  
tuordecim sine in corpore sine extra corpus  
nescio deus sut: raptu huiusmodi vsqz  
ad terciū celū. **E**t scio huiusmodi hoicm  
sine in corpore sine ext corpore nescio deus  
scit qui raptus est in paradisu et audi-

archana vba que no licet hoī loqui. **P**ro  
huiusmodi glabor: pro me aut nichil nisi  
in infirmitatibus meis. **N**ā et si volueroglan:  
no ero insipiens. **V**eritate em dicitur parco  
aut: ne qd me existimet sup id qd videt in  
me: aut aliqd audit ex me. **E**t ne magni-  
tudo reuelationū extollat me datus est  
michi stimulus carnis mee agelus satha-  
ne: qui me colaphiset ppter qd ter dñm  
rogavi vt discedet a me: et dicit michi  
**S**ufficit tibi grā mea. **N**ā vtus in infir-  
mitate pfectur. **L**ibeter igitur glabor  
in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me  
virtus xpi. **P**ropter qd placeo in in infir-  
mitatibus meis: in rotumelias: in mēta-  
tibus: in psecutionibus: in angustiis pro  
xpo. **C**ū em infirmor: tūc potens su.

**F**actus su insipiens: vos me cogistis. **E**go  
em debui a vobis rōmendari. **N**ichil enim  
nimis feci ab hinc qd sut sup modū apli. **T**amē  
tamē et si nichil su: signa in apostolatu  
mei scā sut sup vos in omni pacia signis  
et pdignis et virtutibus. **Q**uid est em qd nimis  
habuistis pre cetis certis: nisi qd ego ipse  
no grauavi vos. **D**onate in hac nūria  
fateo tercio hoc patius su venire ad vos: et  
no ero grūis vobis. **N**o em quero qd vā sut.  
**N**ec em debet filii parentibus thesaurizare:  
sed parentes filijs. **E**go aut libentissime in-  
penda et sup impeda ipse pānibus vris:  
licet plus vos diligēs nimis diligar. **S**ed  
esto. **E**go vos no grauavi: sed cū essem  
astutus: delo vos cepi. **N**ūqd p aliquem  
eorū quē nisi ad vos circūvenī vos. **R**oga-  
ui tytū: et nisi cū illo frēm. **N**ūqd tytus  
circūvenit vos: **N**ōne eadē spū ambu-  
lauius: **N**ōne eadē vestigiis. **O**lim pu-  
tatis q existis nos apud vos. **C**orā  
deo in xpo loquimur. **O**ia aut hinc ppter  
edificatōem vram. **I**n me em cū ne  
forte cū venero no quales volo iucina  
vos et ego iucinar a vobis quale non  
vultis: ne forte cōtentiones emulaciones  
animositates dissentiones detractiones.

suscitationes inflationes seditiones sunt in vobis: ne itez cu venero humiliet me de apud vos: ne luceam multos ex hinc qui ante pecca uerunt et no egerunt penitencia sup mundicia et fornicatoe et impudicia qua gesserunt

**E**cce tercio hoc venio ad vos **Ca. xij.**  
**I**n ore duoz vel triu testiu: stabit omne verbu **D**omi em et p dico ut pns vobis et nuc absens hinc q ante peccauerunt et ceteris oibus: qm si venero itez no ptam **A**n experimetu qritis eius qm me loquitur xps: **Q**ui in vobis no infirmatur: sed potens est in vobis **N**a si crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex vtute dei **N**a et nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cu eo ex vtute dei in vobis **V**osmetipos temptate si estis in fide: ipi vos pbate **A**n no cognoscitis vosmet ipsos: qz xps ihesus in vobis est: **N**isi forte reprobi estis **E**spero aut: qz cognoscitis qz nos no sumus reprobi **O**ramus aut deu ut nichil mali faciatis: no ut nos pbati peccamus: sed ut nos qd bonu est faciatis: nos aut ut reprobi sumus **N**o em possumus aliqd aduersus veritate: sed p veritate **G**audemus em qm nos infirmi sumus: vos aut potentes estis **H**oc et oramus: vram consumatoem **D**eo hec abses scbo: vt no pns durius agam sedm ptatem qua dñs dedit m in edificatoem et no in destructoem vram **D**e cetero frs gaude: pfecti estote **E**xhortam: id sapite **P**ace habete: et deus pacis et dilcois erit vobiscu **S**alutate inuice in ostulo sco **S**alutant vos omis sci **G**ra dñi nri ihesu xpi et caritas dei et coitatio sci sps: sit cu oibz vobis **A**men **E**xplicit epla bti pauli apli ad corinthos scda **I**ncipit epla bti pauli apli: ad galathas



**D**ulus apus no ab hoibus neqz p hoiem sed p ihesu xpm et deu prem qui sustinuit eu a mortuis et qui meru sit omis

frs ecclie galathie **G**ra vobis et pax a deo pte nro et dno ihesu xpo: qui dedit semet ipm pro peccis nris ut exiperet nos de pnti sclo neq: sedm voluntate dei et pns nri: cui est honor et gla in sclo scloz amen **A**lioz q sic ta cito tñsferimmi ab eo q vos vocauit in grām xpi in aliud euāgelium: qd non est aliud nisi sit aliq qui vos conturbat: et voluit conuertē euāgelium xpi **S**ed licet nos aut angelus de celo euāgeliset vobis pter qd quod euāgelizauim vobis: anathema sit **S**icut pdixi et nuc itez dico **S**i qd vobis euāgelizauit pter id qd accepistis: anathema sit **M**odis hoibus suadeo: an deo: **I**ut qro hoibus placere: **S**i ad huc hoibus placere: xpi seruus no essem **N**ota em vobis facio frs euāgelium qd euāgelizatu est a me: qa no est sedm hoiem **N**eq: em ego ab hoie accepi illud neq: didici: sed p reuelatione ihesu xpi **I**udistis em conuersatione mea aliqui in iudisimo: qm supra modū psequor certam dei et expugnabā illa: et pfectebā in iudisimo supra multos cotanecos meos in genere meo: habudantius emulatores existens pinax meaz traditionū **C**u aut planuit ei qui me segregauit ex utero matris mee et vocauit p grām suā ut reuelaret filium suū in me vt euāgelizare illū in gentibus: cōtinuo no arqem carm et sangu: neq: veni iherusolimā ad antecessores meos aplos: sed abn in arabia: et itezū reuisus su in damascū **D**einde post ānos tres veni iherusolimā videre petru: et mansi apud eū diebus quidecim **A**liū aut aploz videnemē: nisi iacobū frēm dñi **C**ue aut scribo vobis: ecce corā deo qa no mentior **D**einde veni in ptes sirie et cilicie **E**ram aut ignotus facie ecclies inde q erant in xpo **T**antū aut auditū habebat qm q psequatur nos aliqui nuc euāgelizat fide qua aliqui: et in me clarificabat deū **E**xpugnabat

**D**einde post ānos quordecim **Cap.** itezū ascendi iherusolimā cu barnaba: assumpto et tyto **A**scendi aut sedm



reuelatoem et contuli cu illis euangelium quod  
p'dico in gentibus. scorsu aut hinc q' videbatur  
aliqd esse: ne forte in vacum curere aut cu  
curissem. Sed neq' tytus qui mecu erat cu  
esset gentilis copulsus est circucidi: sed pp'  
subintroductos falsos frs. qui subintroierunt  
explorare libertate in am qua habemus  
in xpo ihesu: ut nos in seruitute redigeret  
Quibus neq' ad hora cessimus subiectioni:  
ut veritas euangelii p'maneat apud vos. Ab  
hinc aut qui videbatur aliqd esse: quales  
aliqui fuerunt: nichil mea p' me est. Deus  
enim p'sona hois no accipit. Audi enim qui vide  
batur aliqd esse: nichil cotulerunt. Sed contra  
cu vidissent q' creditu est michi euangelium  
pp'uen sicut et petro circucisionis: q' em  
opatus est petro in aplatu circucisionis opatus  
est et michi in g'etes: et cu cognouissent  
gram dei q' data est michi iacobus et ce  
phas et iohanes qui videbatur colupne  
esse dextris michi dederunt et barnabe so  
cietatis: ut nos in g'etes ipi aut in cir  
cucisione: tantu ut pauper memores  
essimo. Sed etia sollicitus sui hoc ip'su  
face. Cu aut venisset rephas antiochia  
in faciem ei restiti: q' reprehensibilis erat  
Prius em q' veniret quida ab iacobo:  
cu gentilibus edebat. Cu aut venissent:  
subtrahabat et segregabat se: timens eos  
qui ex circucisione erat. Et simulationi  
eius cōsenserunt ceteri iudei: ut et bar  
nabas duceretur ab eis in illa simulatoe:  
Sed cu vidissem q' no recte abularent  
ad veritate euangelii: dixi reph'e coram  
oibus. Si tu cu iudeus sis gentiliter et no  
iudaice viuus: quo g'etes cogis iudicare?  
Nos natura iudei: et no ex gentibus peto  
res. Scientes aut q' no iustificatur ho  
ex opibus legis: nisi p' fide ihesu xpi: et  
nos in xpo ihesu credimo ut iustifice  
mur: ex fide ihesu xpi: et no ex opibus  
legis. P'pter qd ex opibus legis non  
iustificabitur ois caro. Et si q'entes  
iustificari in xpo inuenti sumus et  
ipi pctores: nuqd xps pcti mster est?

Absit. Si em q' destruxi hec reedifico:  
puaricatore me cōstituo. Ego em per  
legē legi mortuus su: ut deo viuam.  
Xps confixus su cruci. Vno aut ia no  
ego: viuit vco in me xps. Ad aut nūc  
vno in carne: in fide vno filii dei: q'  
dilexit me et tradidit semetipm pro  
me. Ille abicio gratia. Si em p' legem  
iusticia: ergo xps gratis mortuus est.  
**Q**uisensati galathe? **Cap. iii.**  
Quis vos fastidit veritati non  
obedire? Ante quoz oculos xps ihesus  
p'scriptus est: et in vobis crucifixus. Hoc  
solu a vobis volo diste. Ex opibus legis  
sp'm accepistis: an ex auditu fidei. P'it  
stulti estis: et cu sp'u cepistis nūc carne  
consumetm. Tanta passi estis sine causa: si  
cu sine causa. Qui ergo tribuit vobis sp'm et  
opatur virtutes in vobis: ex opibus legis  
an ex auditu fidei. Sicut scriptu est: abraham  
credidit deo: et reputatu est ei ad iusticiam.  
Cognoscite ergo q' qui sut ex fide: huius filii  
abrahe. P'uidens aut scriptura: q' ex fide iusti  
fiant g'etes deus: p'nuiciant abrahe: q' bene  
dicetur in te ois g'etes. Igitur qui ex fide sut:  
bndicetur cu fidei abraha. Quicunq' em ex  
opibus legis sut: sub maledicto sut. Scriptu  
est em: Maledictus ois qui p'ndet in ligno  
no p'maserit in oibus que scripta sut in libro  
legis: ut faciat ea. Qm aut in lege nemo  
iustificatur apud deū: manifestu est q' iustus  
ex fide viuut. Lex aut non est fide: sed q' fecit  
ea viuut in illis. Xps nos redemit de male  
dicto legis: factus pro nobis maledictu: q'  
scriptu est: Maledictus ois qui pendet in  
ligno: ut in gentibus bndicio abrahe fieret in  
xpo ihesu: ut pollicitatoem sp'us accipiamus  
p' fide. Frs scdm ho'em dico: tamen hois con  
firmatu testamētū nemo spernit aut sup  
ordnat. Abrahe d're sut p'missiones: et  
sem' eius. No dicit et semibus q'sim multis:  
sed q'si in vno: et sem' tuo qui est xps. Hoc  
autē dico testamētū cōfirmatū a deo:  
q' post quadragesimos et triginta annos fia

est lex: nō irritū facit ad euacuandā pmissiōne. **N**ā si ex lege hereditas: iā nō ex pmissiōne. **A**brahe autē p reppmissiōne donauit deus. **S**ed igitur lex: ppter tūsgressiones posita est: donec ueniret semē cui reppmisserat ordinata p āgelos in manu mediatoris. **M**ediator autē vnus nō est: deus autē vnus est: lex ergo ad usus pmissiōni. **A**bsit. **E**t em data ēet lex q̄ posset vnificari: v̄e ex lege ēet iusticia. **S**ed cōclusit scriptura oīa sub p̄tō: ut pmissiō ex fide ihesu xp̄i daretur creditibz. **P**rius em q̄ ueniret fides sub lege custodiebamur: cōclusi in eā fide que reuelada erat. **I**taq; lex p̄dagogus n̄r fuit in xp̄o: ut ex fide iustificemur. **A**t ubi uenit fides: iam nō sumus sub p̄dologo. **O**m̄s em filii dei estis: p̄ fide que est in xp̄o ihesu. **Q**ui cūq; em in xp̄o baptizati estis: xp̄m in diuistis. **N**on est iudeus neq; grecus: non est seruus neq; liber: nō est masculus neq; femina. **O**m̄s em uos: vnū estis in xp̄o ihesu. **S**i autē uos xp̄i: ergo abrahe semen estis: scdm̄ pmissiōne heredes. **Cap. iij.**

**D**ico autē. **Q**uāto t̄p̄e heres p̄uilius est: nichil differt a seruo cū sit dñs oīm: sed sub tutoribus et actoribz est: usq; ad p̄finitū tēpus a p̄e. **I**ta et nos cū essemus p̄uili: sub clamētis mundi eramus seruientes. **A**t ubi uenit plenitudo t̄p̄is: misit deus filium suū factū ex muliere factū sub lege: ut eos qui sub lege erāt redimet: ut adoptionem filioꝝ reciperem. **Q**m̄ autē estis filii dei: misit deus sp̄m̄ filii sui in corda v̄ra: clamante abba p̄i. **I**taq; iā nō est seruus: sed filius. **E**t si filius: et heres p̄ deū. **S**ed tūc q̄dem ignorātes deū: h̄ns qui natura nō sut dñi seruiebatis. **N**ūc autē cū cognoueritis deū: ymo cogniti estis a deo: quō cōuertim̄ itēz ad infirma et egena elemēta: quibus denūo seruire uultis. **D**ies obseruatis et menses et t̄p̄a et annos. **T**imeo autē ne forte sine causa laborauerim in uobis. **F**rote sicut ego: q̄a et ego sicut uos. **F**r̄es obsecro uos nichil me lesistis.

**D**icitis autē q̄a p̄ infirmitate carnis euangelizauit uobis iā pude et tēptatōem v̄rām in carne mea nō spreuistis neq; respūstis: sed sicut angelū dei excepistis me: sicut xp̄m ihesū. **N**ōbi est ergo b̄tūdo v̄ra. **T**esti monū em phibeo uobis: q̄a si fieri potuisset oculos v̄ros euissetis: et dedissetis m̄. **E**rgo inimicus factus sū uobis: uerū dices uobis: **E**mulat̄ur uos nō bene: sed excludere uos uolūt: ut illos emulem̄. **B**onū autē emulāim̄ in bono semp: et nō tantū cū p̄ns sū apud uos. **F**ilii mei quos itēz parturio: donec formetur xp̄s in uobis. **V**ellem autē esse apud uos modet nuntiare uocem meā: qm̄ confid̄r in uobis. **D**icite michi qui sub lege uultis esse? **L**egem nō legistis? **S**criptū est em qm̄ abraha duos filios habuit: vnū de ancilla: et vnū de libera. **S**ed qui de ancilla: scdm̄ carnem natus est. **Q**ui autē de libera: p̄ reppmissiōnem. **Q**ue sūt p̄ allegoriā dicta. **H**ec em sūt duo testamēta. **V**nū quidē in mōte syna in seruitute generas: que est agar. **S**yna em mons est in arabia: qui conuictus est ei que nūc est iherlm̄: et seruit cū filis. **I**lla autē que sursum est iherlm̄ libera est: que est n̄r n̄ra. **S**criptū est em in letare sterilis que nō parit: erūpe et clama que nō parturis: q̄a multi filii de septe magis q̄ eius que habet vnū. **N**os autē fr̄es scdm̄ ysac p̄missiōis filii sumus. **S**ed quomō tūc is qui scdm̄ carnē natus fuerat p̄seq̄batur eū qui scdm̄ sp̄m̄: ita et nūc. **S**ed quid dicit scriptura: **E**cce ancillam: et filium eius. **N**ō em heres erit filius ancille: cū filio libere. **I**taq; fr̄es: nō sumus ancille filii: sed libere. **Q**ua libertate xp̄s nos liberauit. **Cap. v.**

**N**os liberauit. **T**ate ergo: et nolite itēz in uos seruitutis cōtineri. **E**cce ego paulus dico uobis: qm̄ si circūcidim̄: xp̄s uobis nichil uideat. **T**estificor autē rursum oīm hōi t̄cūcideti se: qm̄ debitor est vnūse legis faciende. **E**uacuati estis a xp̄o qm̄ lege iustificam̄:

a grā excedistis. **N**os em spū ex fide: spem  
iusticie expectamus. **N**ā in xpo ihesu  
neq; circūcisio aliqd valet neq; ppūm:  
sed fides que p dilectōem opatur. **C**ir-  
cūcisio benē. **Q**uis vos fascinauit  
veritati nō obedire. **N**emini cōsenserit  
tis. **P**suasio nō est ex eo qui vocat  
vos. **M**odicu fermentū totā massā  
corrūpit. **E**go confido in vobis in dño:  
q; nichil aliud sapietis. **Q**ui autē  
cōturbat vos: portabit iudiciū qui-  
cūq; est ille. **E**go aut frēs si cōtū-  
sione adhuc p̄dico: qd adhuc p̄secu-  
tionē patior. **E**rgo euacuata est  
scandalū crucis. **V**tmā et abstidā-  
tur: qui vos cōturbāt. **V**os em in liber-  
tate vocati estis frēs: tantū ne libertatem  
in occasione detis carnis: sed p caritate sp̄s  
seruite inuicē. **O**is em lex in vno sermone  
impletur. **D**iligēs primū tuū sicut teip̄sū.  
**E**t si inuicē mordetis et comeditis: videte  
ne ab inuicē cōsumamini. **P**ro autē sp̄u  
ambulate: et desidia carnis nō pficietis.  
**C**aro em corrupit adūsus sp̄m: sp̄s autē  
adūsus carnē. **H**ec em sibi inuicē adūsatur:  
ut nō quecūq; vultis illa faciat. **E**t si sp̄u  
ducim: nō estis sub lege. **M**anifesta autē  
sūt opa carnis. **Q**ue sūt fornicatio: immū-  
dicia: ipudencia: luxuria: p̄doloꝝ seruitū:  
veneficia: inimicitie: cōtentiones: emula-  
tiones: ire: rixe: dissentiones: ferte: iudicē:  
homicidia: ebrietates: cōmessatioes: et hñs  
silia q̄ p̄dico vobis sicut p̄dixi: qm̄ qui  
taliam agūt regnū dei nō cōsequētur. **F**rēs  
aut sp̄s est: caritas: gaudiū: pax: paciētia:  
logannitas: bonitas: benignitas: mansue-  
tudo: fides: modestia: cōtinentia: castitas.  
**A**dūsus huiusmodi nō est lex. **Q**ui autē sūt  
xpi: carnē suā crucifixerūt cū vitiis et  
cōcupiscentiis. **P**i sp̄u viuim: sp̄u et am-  
bulemus. **N**ō efficiamur mansgē cupidis.  
**F**rātres et si p̄uocātes: inuicē inuidetes.  
**R**atres et si p̄occupatis. **Ca. vi.**

fuerit hō in aliquo delicto: vos q̄ sp̄uales  
estis: instruite huiusmodi in sp̄u lenitatis:  
cōsiderās teip̄m: ne et tu tepterus. **A**lter  
alterius onera portate: et sic adimplebi-  
tis legē xpi. **N**ā si quis existimat se aliqd  
esse cū nichil sit: ip̄e se seducit. **O**pus  
autē suū p̄bet vnusq;sq;: et sic in semet-  
ip̄o tantū glām habebit: et nō in altero.  
**V**nusq;sq; em: onus suū portabit. **C**omū-  
met autē is qui cathēzizatur verbo: ei  
qui se cathēzizat in oib; bonis. **N**olite  
errare: deus nō irridetur. **Q**ue em semina-  
uerit homo: hec et metet. **Q**m̄ qui semina-  
nat in carne sua: de carne et metet cor-  
ruptionē. **Q**ui autē seminat in sp̄u: de  
sp̄u metet vitā eternā. **B**onū autem  
facientes nō deficiamus: tempore em suo  
metemus nō deficientes. **E**rgo dñi tempus  
habem: operemur bonū ad om̄s: maxi-  
me aut ad domesticos fidei. **V**idete qua-  
libus hñs sc̄psi vobis mea manū. **Q**ui  
cūq; em volūt placere in carne: hñ co-  
gūt vos circūcidi: tantū vt crucis xpi  
p̄secutionē nō pariantur. **N**eq; em qui  
circūcūduntur legē custodiūt: sed volūt  
vos circūcidi: ut in carne v̄ra gloriētur.  
**N**ichi aut absit glāri: nisi in cruce dñi  
nr̄i ihesu xpi: p̄ quē michi mūdus cru-  
cifixus est: et ego mūdo. **I**n xpo em ihesu  
neq; circūcisio aliqd valet neq; ppūm:  
sed noua creatura. **E**t quicūq; hñc regni-  
lā secuti fuerūt: pax sup illos et m̄a et  
sup isrl̄ dei. **D**ecreto nemo michi molestus  
sit. **E**go em stigmata ihesu in corpe meo  
porto. **G**ra dñi nr̄i ihesu xpi cū sp̄u v̄ro frēs  
amen. **Explicit eplā b̄ti pauli apli:  
ad galathas. Incipit eplā b̄ti pauli  
apli: ad ephesios.**

**D**ulcis aplis ihesu  
xpi p voluntate in  
dei: sc̄s oib; vobis  
qui sūt ephesi et  
fidelibus in xpo  
ihesu: grā vobis

et pax a deo p̄re n̄ro et d̄no ihesu x̄po bene  
 dictus deus et p̄r d̄m n̄r̄i ihesu x̄pi qui  
 b̄ndixit nos in om̄i b̄ndic̄ōe sp̄iali in celesti  
 bus in x̄po sicut elegit nos in ip̄o ante  
 m̄di cōstitutionē: ut essem̄ sc̄i et ima  
 culati in cōspectu eius in caritate Qui p̄r  
 destinavit nos in adoptione filior̄ per  
 ihesu x̄pm in ip̄m sc̄dm̄ p̄positū volūta  
 tis sue: in laudē glorie gratie sue In qua  
 gratificavit nos in dilecto filio suo: in quo  
 habem̄ redemptionē p̄ sanguinē eius re  
 missionē p̄ccator̄ sc̄dm̄ diuicias gratie ei⁹  
 que sup̄ habūdauit in nobis in om̄i sapia  
 et prudētia ut notū faceret nobis sacra  
 menti volūtatē sue: sc̄dm̄ bonū pla  
 citū eius qd̄ p̄posuit in eo in dispensatōe  
 plenitudis t̄p̄m̄ in statuare oīa in x̄po  
 que in celis et q̄ in terra sūt in ip̄o In  
 quo etiā nos sorte vocati sum⁹: p̄desti  
 nati sc̄dm̄ p̄positū eius q̄ opatur om̄ia  
 sc̄dm̄ cōsiliū volūtatē sue: ut firmus  
 in laudē glorie eius qui ante speram⁹  
 mus in x̄po In quo et vos cū audisse  
 tis verbū veritatē euāgelii salutis  
 v̄r̄e: in quo et credetes signati estis sp̄i  
 p̄missōis sc̄o qui est p̄ignus h̄editatis  
 n̄r̄e: in redemptione acq̄isitor̄ in laudē  
 glorie ip̄ius P̄terea et ego audiens  
 fidem v̄r̄am que est in x̄po ihesu et  
 dilectionē in om̄is sc̄os: nō cesso gr̄as  
 agens pro vobis memoriā v̄r̄i faciens  
 in orōibus meis ut deus d̄m n̄r̄i ihesu  
 x̄pi p̄r glorie det vobis sp̄m̄ sapientie  
 et reuelator̄ in agnitione eius illu  
 minatos oculos cordis v̄r̄i: ut sciatis  
 que sit spes vocator̄ eius et q̄ diuicie  
 glorie h̄editatis eius in sc̄is: et que  
 sit superemmens magnitudo v̄tutis  
 eius in nos qui credidimus sc̄dm̄ opa  
 tionē potētie v̄tutis eius quā opatus  
 est in x̄po suscitans illū a mortuis  
 et cōstituens ad dexterā suā in celesti  
 bus sup̄ oēm̄ p̄ncipatū et p̄tatem  
 et v̄rtutē et d̄nationē et om̄e nomē

qd̄ notatur nō solū in hoc sc̄lo sed etiā in futūro:  
 et oīa subiecit sub pedibus eius: et ip̄sū de  
 dit caput supra oēm̄ eccl̄iam que est corp⁹  
 ip̄ius: plenitudo eius qui oīa in oīb⁹ adm̄  
**E**t vos cū effectis **Cap. ij.** p̄letur  
 mortui in delictis et p̄ccatis v̄r̄is in  
 quibus aliqui ambulastis sc̄dm̄ sc̄lm̄ n̄ū  
 di h̄m̄: sc̄dm̄ p̄ncipē p̄tatis aeris huius  
 sp̄is: qui nūc opatur in filijs diffidētie  
 in quib⁹ et nos aliqui cōuersati sum⁹ in  
 desiderijs carnis n̄r̄e: facientes volūtatē  
 carnis et cogitationū: et eramus natura  
 filij ire sicut et ceteri Deus autē q̄ diues  
 est in m̄ia p̄t̄ immā caritate suā quadi  
 leuit nos cū essem⁹ mortui p̄ccatis cōiun  
 ficavit nos x̄po cui⁹ gr̄a estis saluati:  
 et cōresuscitavit et cōfede fecit in celesti  
 bus in x̄po ihesu: ut ostenderet in sc̄lis sup̄  
 uenientibus habūdantes diuicias gr̄e sue  
 in bonitate sup̄ nos in x̄po ihesu Gr̄acia  
 eī saluati estis p̄ fidē: et hoc nō ex vobis  
 Dei eī donū est nō ex opibus: ut ne quis  
 gl̄etur Ip̄ius eī sum⁹ factura creati in  
 x̄po ihesu in opibus bonis: q̄ p̄parauit deus  
 vt in illis ambulem⁹ P̄terea qd̄ m̄iores  
 estote q̄a aliqui vos gentes eratis in car  
 ne qui dicebam̄ sp̄nciū ab ea q̄ dicitur  
 circūcisio in carne manufacta: q̄ eratis  
 in illo t̄p̄e sine x̄po alienati a cōuersa  
 tione isrl̄: et hospites testamētōr̄: p̄mis  
 sionis sp̄em̄ nō habētes: et sine deo in hoc  
 m̄do Nūc autē in x̄po ihesu vos qui  
 aliqui eratis longe: facti estis p̄pe in sa  
 guine x̄pi Ip̄e eī est pax n̄ra qui fecit  
 vtrūq; vniū: et mediū parietē materie  
 soluens inimicitias in carne sua: legem  
 m̄aditor̄ decretis euacuans ut duos  
 condit in semetip̄m in vniū nouū hoīem  
 faciens pacē: ut recōciliet ambos in vno  
 corpe deo: p̄ crucē m̄ficiens inimicitias  
 in semetip̄o Et veniens euāgelizauit  
 pacē vobis qui lōge fuistis: et pacem  
 h̄m̄ qui p̄pe: qm̄ p̄p̄m habem⁹ accessū  
 ambo in vno sp̄i ad p̄rē **Et** ergo iā non

estis hospites et aduene: sed estis ciues  
scōz et domestici dei: sup edificati super  
fundamentū apłoz et pphetaz: ipō sūmo  
angulā lapide xpo ihesu In quo omīs  
edificatio cōstructa: crescit in templū scōm  
in dño In quo et vos coedificamī in ha-  
bitaculū dei: in spū scō **Cap. iij.**

**H**uius rei gracia ego paulus vinctus  
xpi ihesu pro vobis gētibus:  
si tamen audistis dispensationē grē dei  
que data est michi in vobis: quī scdm  
reuelationē notū michi factū est sacra-  
mentū. sicut supra scripsi in breui: put-  
potestis legētes intellige prudentiam  
meā in misterio xpi: qd aliis gnationi-  
bus nō est agnitū filius homī sicut nūc  
reuelatū est scīs aplīs eius et pphetis  
in spū: esse coheredes et cōcorporales  
et cōparticipes pmissiōis in xpo ihesu:  
p euāgelīū cuius factus sū mīster scdm  
donū gracie dei q data est michi scdm  
opationē v̄tutis eius Michi autē omī  
scōz immo data est grā her in gētibus  
euāgelizare inuestigales diuitias xpi:  
et illūare omīs que sit dispensatio sac-  
mētī absconditi a scīs in deo qui oīa crea-  
uit: ut inotescat pncipibz et p̄t̄tibz  
in celestibus p certam multiformis sa-  
piencia dei: scdm p̄finitōne scōz quā  
fecit in xpo ihesu dño nro: in quo habe-  
mus fiducia et accessū in cōfidentia  
p fidem eius P̄ter qd peto ne deficiatis  
in tribulatioibus meis p vobis: que est  
glā v̄ra Huius rei grā flecto genua  
mea ad p̄m dñi nri ihesu xpi: ex quo  
oīs p̄nitās in celis et in tra noīatur:  
ut det vobis scdm diuitias glorie sue  
v̄tutē corroborari p spm eius in interi-  
orem hōiem habitare xpm p fidem in  
cordibus v̄ris In caritate radicati et  
fundati: ut possitis cōprehendē cū oībz  
scīs. que sit latitudo et lōgītudo subli-  
mitas et profundū Scire etiā sup̄emi-  
nentē scire caritatē xpi: ut impleamī

in oēm plenitudinē dei **Et** autē q potēs  
est oīa facē sup habūdantez q̄ petimus  
aut intelligimz. scdm virtutē q̄ opatur  
in nobis: ipi glā in cētā et in xpo ihesu:  
in omīs gnationes scī scōz amen **Ca.**  
**O**bscuro itaqz vos ego vinctus **iiij.**  
in dño: ut digne ambuletis voca-  
tione qua vocati estis: cū omī hūilitate  
et māsuetudine: cū paciā supportates  
inuitem in caritate: solliciti seruare vni-  
tatem sps in vinculo pacis Vnū corpz  
et vms spūs: sicut vocati estis in vna  
spe vocatiōis v̄re Vnūs dñs: vna fides:  
vnū baptisma Vnūs deus et p̄ omī:  
qui sup omīs et p oīa et in oībz nobis  
Vnicuiqz aut nrm data est grā: scdm  
mensurā donatiōis xpi p̄ter qd dicit  
Ascendēs in altū captiua duxit captiui-  
tate: dedit dona hoībz **Et** ascendit: qd  
est nisi q̄ et descendit p̄m in inferiores p̄tes  
terre **Et** descendit ipse est qui et ascendit  
sup omīs celos: ut adimplēt oīa **Et** ipse  
dedit quosdā quidē apłos. quosdā aut p̄phas.  
alios v̄ro euāgelistas. alios aut pastores  
et doctores ad consumationē scōz in opus  
m̄steri in edificationē corpis xpi: donec  
occurramz omīs in vnitātē fidei et agni-  
tiōis filii dei in v̄rū p̄fectū in mensurā  
etatis plenitudis xpi: ut iam nō simus  
puuli fluctuantes et cūtraferamur omī  
vento doctrine in neq̄tia homī. in astucia  
ad circūventionē erroris **Veritate** autē  
facientes in caritate. crescāmz in illo p oīa  
qui est caput xps: ex quo totū corpz  
cōpactū et cōnexū p oēm v̄tutū submi-  
nistratiōis scdm opationē in mensuram  
vniuscuiqz membri augmentū corpis  
facit in edificationē sui in caritate **Hoc**  
igitur dico testificor in dño: ut iam non  
ambuletis sicut gētes ambulāt in v̄ni-  
tate sensus sui tenebris obscuratū haben-  
tes intellectu: alienati a vita dei p igno-  
rantia que est in illis p̄ter recitatē cordis  
ipoz **Qui** desperātes semetipos t̄diderūt

impudicitie: in operatione omnis immundicie in  
 auaricia. Vos autem non ita didicistis christum:  
 si tamen illum audistis et in ipso edocti estis: sicut  
 et veritas in ihesu. Deponite vos secundum  
 pristinam conversationem veterem hominem: qui  
 corrumpitur secundum desideria carnis. Reno-  
 uamini autem spiritu mentis vestre: et induite  
 nouum hominem qui secundum deum creatus est  
 in iusticia et scititate veritatis. Propter quod  
 deponetes mendacium loquium veritatem  
 vniuersisq[ue] cum proximo suo: quoniam sumus in  
 membra. Irascimini: et nolite peccare.  
 Sol non occidat super iracundiam vestram.  
 Nolite locum dare dyabolo. Qui firabatur:  
 iam non firetur. Magis autem laboret operando  
 manibus suis quod bonum est: ut habeat unde  
 tribuat iustitiam patienti. Omnis sermo malus  
 ex ore vobis non procedat: sed si quis bonus est ad  
 edificationem fidei: ut det gratiam audientibus.  
 Et nolite contristare spiritum sanctum dei: in quo sig-  
 nati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo  
 et ira et indignatio et clamor et blasphemia  
 tollatur a vobis: cum omni malicia. Estote  
 autem inuicem benigni misericordes: donantes  
 inuicem sicut et deus in christo donauit vobis.  
**Estote ergo imitatores dei. Cap. v.**  
 sicut filii hominum: et ambulate in dilectione  
 sicut et christus dilexit nos: et tradidit semet-  
 ipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in  
 odore suauitatis. Fornicatio autem et omnis  
 immundicia aut auaricia nec noietur in vo-  
 bis sicut decet sanctos: aut turpitudinis aut stulti-  
 loquium aut scurrilitas que ad rem non pertinet:  
 sed magis gratias agite. Hoc autem scitote intel-  
 ligentes: quod omnis fornicator aut immundus quod  
 est ydolorum seruus: non habet hereditatem in  
 regno christi et dei. Nemo vos seducat in ambiguis  
 verbis. Propter hec enim venit in ira dei in filios  
 diffidentie. Nolite ergo effici particeps eorum.  
 Fratis enim aliqui tenebre: nunc autem lux in  
 domino: ut filii lucis ambulate. Fructus enim  
 lucis est in omni bonitate et iusticia et veri-  
 tate: probantes quod sit beneplacitum deo. Et no-  
 lite concitare opibus infructuosis tenebras:

magis autem redarguite. Que enim occulto  
 sunt ab ipsis: turpe est et dicere. Via autem  
 que arguuntur: a luce manifestantur.  
 Omne enim quod manifestatur: lumen est.  
 Propter quod dicit. Surge qui dormis: et exurge  
 a mortuis: et illuminabit tibi christus. Videte  
 itaque fratres: quomodo caute ambuletis. Non  
 quasi insipientes sed ut sapientes. Redime-  
 tes tempus: quoniam dies mali sunt. Propterea nolite  
 fieri imprudentes: sed intelligetes que sit  
 voluntas dei. Et nolite mebrari vino in  
 quo est luxuria: sed impleamini spiritu sancto.  
 loquentes vobis inuicem in psalmis et  
 ymnis et canticis spiritualibus: cantantes et  
 psallentes domino in cordibus vestris domino. Grati-  
 agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri  
 ihesu christi deo et patri: subiecti inuicem in  
 timore christi. Mulieres viris suis subdite  
 sicut sicut domino: quoniam vir caput est inleis.  
 sicut christus caput est ecclesie: ipse saluator  
 corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est  
 christo: ita et mulieres viris suis in omnibus.  
 Viri diligite uxores vestras sicut et christus  
 dilexit ecclesiam: et semetipsum tradidit pe-  
 ut illam sanctificaret mundans lauacro aquae  
 in verbo vite: ut exhiberet ipse sibi gloriosam  
 ecclesiam non habentem maculam aut rugam  
 aut aliquid eiusmodi: sed ut sit sancta et im-  
 maculata. Ita viri debent diligere uxores suas:  
 ut corpora sua. Qui uxorem suam diligit:  
 semetipsum diligit. Nemo enim unquam carnem  
 suam odio habuit: sed nutrit et fouet eam  
 sicut et christus ecclesiam: quoniam membra sumus  
 corporis eius de carne eius et de ossibus  
 eius. Propter hoc relinquet homo patrem et  
 matrem suam et adheret uxori sue: et erunt  
 duo in carne vna. Sacramentum hoc mag-  
 num est. Ego autem dico in christo et in ecclesia.  
 Reuictum et vos singuli vniuersisq[ue] sua  
 uxore sicut semetipsum diligit: uxor autem  
 timeat virum suum. **Cap. vi.**  
 In obedite parentibus vestris in domino.  
 Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum et  
 matrem tuam: quod est primum mandatum in

pmiſſione: ut bene ſit tibi. et ſis loq̄eius  
ſup̄ terrā. Et vos p̄ntes nolite ad natū  
diam p̄uocare filios v̄ros: ſed educate  
illos in diſciplina et correptione d̄ni  
Serui obedite d̄nis carnalibz cū ti  
more et tremore: in ſimplicitate cordis  
v̄ri ſicut xp̄o: nō ad oculū ſeruietes  
q̄ſi hoībus placētes: ſed ut ſerui xp̄i  
faciente volūtatē dei ex aīo: cū bona  
volūtatē ſeruietes ſicut d̄no et non  
hoībus: ſcientes qm̄ vnusq̄ſq̄ qd̄cūq̄  
fecerit bonū hoc recipiet a d̄no: ſiue  
ſeruus ſiue liber. Et vos d̄m̄ eadem  
facite illis remittentes inimias: ſcien  
tes qz et illoz et v̄r d̄ns eſt in celis:  
et p̄ſonaz acceptio nō eſt apud deū.  
De cetero fr̄es cōfortam̄ in d̄no: et in  
potencia v̄tutis eius. Induite vos  
armaturā dei. ut poſſitis ſtare ad iūſ  
inſidias dyaboli: qz nō eſt nobis col  
luctatio adueſus carnē et ſanguinē:  
ſed adueſus p̄ncipes et p̄tates ad iūſ  
mūdi rectores tenebrarū harū: cōtra ſp̄ia  
lia nequicie in celeſtibz. P̄trea accipite  
armaturā dei: ut poſſitis reſiſtē in die  
malo: et in oībz p̄fecti ſtare. State ergo  
ſuccincti lūbos v̄ros in veritate: et in  
duti lorica iuſticie: et calciati pedes in  
p̄paratōe euāgelii pacis. In oībz ſumē  
tes ſcutū fidei: in quo poſſitis oīa tela  
nequiſſiā ignea extinguerē. Et galeā  
ſalutis aſſumite: et gladiū ſp̄is. qd̄  
eſt verbū dei. P̄ oēm orōem et obſerua  
tionē orantes oī tpe in ſp̄u: et in xp̄o  
vigilātes in oī m̄ſtācia et obſerua  
tione pro oībz ſc̄ibz et p̄ me: ut detur michi  
ſermo in apertione oris mei: cū fidu  
cia notū facē m̄ſterii euāgelii pro  
quo legatione ſuoz in cithena: ita  
vt in xp̄o audeā put oportet me loq̄  
vt aut̄ et vos ſciatis que circa me  
ſūt qd̄ agam: oīa nota vobis ſancti  
titus cariſſimus frater et fidelis m̄  
m̄ſter in d̄no: que niſi ad vos in hor

ipſū. ut cognoscatis que circa nos ſūt:  
et cōſoletur corda v̄ra pax ſc̄ibz et  
caritas cū fide: a deo p̄re m̄o et d̄no  
ieſu xp̄o. Gracia cū oībz q̄ diligūt  
d̄m̄ n̄m̄ ieſu xp̄m̄ in incorruptione  
amen.

*Explicit epla b̄ti pauli apli  
ad eph̄ſos. Incipit epla b̄ti pauli  
apli: ad philipp̄os.*

**D**ulcius et thymotheus  
ſerui ieſu xp̄i oībz  
ſc̄ibz qui ſūt philipp̄is  
in xp̄o ieſu cū ep̄is  
et dyacombz. gr̄a vobis et pax a deo  
p̄re m̄o et d̄no ieſu xp̄o. Gracias ago  
deo meo in oī memoria v̄ri ſemper in  
cūctis orōibz meis pro oībz vobis cū  
gaudio de p̄tationē faciens ſup̄ cōtra  
tione v̄ra in euāgelio xp̄i a p̄ma die  
vſq̄ nūc: cōfidens hoc ip̄m̄ qz que cepit  
in vobis opus bonū p̄ficiet vſq̄ in diem  
ieſu xp̄i. Sicut eſt michi iuſtū hoc ſen  
tire pro oībz vobis: eo qz habeā vos  
in corde et in vinculis meis et in deſen  
ſione et cōſummatōe euāgelii: ſocios  
gaudii. Mei oīes vos eſſe. Teſtis enim  
michi eſt deus: quo cupiā oīs vos in  
viſceribus xp̄i ieſu. Et hoc oro: ut  
caritas v̄ra magis ac magis habū  
det in ſc̄ia et in oī ſenſu vt p̄betis  
potiora ut ſitis ſinceres et ſine offen  
ſa in diem xp̄i: repleti fructu iuſticie  
p̄ ieſu xp̄m̄ in gloria et laudem dei  
P̄trea autē vos volo fr̄es qz que circa  
me ſūt magis ad p̄fectū venerūt  
euāgelii: ita ut vincula mea mani  
feſta fierēt in xp̄o in oī p̄torio et in  
ceteris oībz locis: ut plures e fra  
tribz in d̄no cōfidentes vinculis  
meis habūdantius audeēt ſine timo  
re verbū dei loqui. Quidā quidem et  
p̄pter inuidiā et contentionē: quidā  
autē et p̄pter bonā volūtatē xp̄m̄ p̄c̄  
dicāt. Quidā ex cōtate: ſcientes qm̄  
in deſenſione euāgelii poſitus ſum.  
Quidā autē ex cōtentione xp̄m̄ am̄ici  
aut

non sincere: existimantes pressuram se susti-  
tate vinculis meis. **Q**uid enim dum omni modo  
sue per occasionem sine per veritate christus an-  
nuncietur. **E**t in hoc gaudeo: sed et gan-  
debo. **S**cio enim quod hoc michi pro me ad  
salutem per vestram orationem et ministratio-  
nem spiritus ihesu christi secundum expectationem  
et spem meam quod in nullo confidam: sed  
in omni fiducia sicut semper et nunc magni-  
ficabitur christus in corpore meo: sine per vitam  
sue per mortem. **N**ichil enim vivere christus est:  
et mori lucrum. **Q**uod si vivere in carne hic  
michi fructus est operis: et quod eligam  
ignoro. **C**onator autem et duobus: de side-  
rum habes dissolvi et esse cum christo multo  
magis melius: permanere autem in carne  
necessarium est propter vos. **E**t hoc confidens  
scio quod manebo et permanebo omnibus vobis  
ad perfectum vestrum et gaudium fidei. **G**ra-  
tulatio vestra habundat in christo ihesu in me.  
per meum adventum ad vos iterum ad vos.

**T**antum digne euangelio christi conuersam:  
ut sine tunc venero et videro vos sine ab-  
sens: audiam de vobis quod statis in uno  
spiritu unanimes tollaborates in fide eu-  
gelii. **E**t in nullo terream ab adiutoribus:  
que est illis causa perditionis vobis autem  
salutis. **E**t hoc a deo: quod vobis donatum  
est pro christo. non solum ut in eum credatis.  
sed ut etiam pro illo patiamini: idem ter-  
tamen habentes. quale et vidistis in me  
et nunc audistis de me. **Cap. ij.**

**S**i qua ergo consolatio in christo: si  
quod solamen caritatis: si qua so-  
tas spes: si qua viscera miserationis:  
implete gaudium meum ut idem sapiatis.  
eandem caritatem habentes unanimes  
idem sentientes. **N**ichil per contentione  
neque per manem gloriam: sed in humilitate  
superiores sibi invicem arbitrantes. **N**o que  
sua sunt singuli considerantes: sed ea que  
aliorum. **H**oc enim sentite in vobis quod et  
in christo ihesu. **Q**ui tunc in forma dei esset  
non rapinam arbitratus est esse se

equale deo: sed semetipsum exinanivit  
formam servum accipiens: in similitudinem  
hominum factus et habitu inveniit ut homo.  
**H**umiliavit semetipsum factus obediens  
usque ad mortem: mortem autem crucis.  
propter quod et deus exaltavit illum: et dona-  
vit illi nomen quod est super omne nomen:  
ut in nomine ihesu omne genua flectantur:  
caelestium terrestrium et inferorum: et omnis  
lingua confiteatur: quia dominus ihesus christus  
in gloria est dei patris. **I**taque: carissimi  
mei sicut semper obedistis non ut in pre-  
sentia mei tantum: sed multo magis  
nunc in absentia mea: cum metu et  
tremore vestram salutem operamini. **D**eus  
est enim qui operatur in vobis velle et  
perfectere: pro bona voluntate. **P**roa autem  
facite sine murmurationibus et hesita-  
tionibus: ut sitis sine querela et supplex  
filii dei sine reprehensione in medio na-  
tionis prave et perverse: inter quos lu-  
cetis sicut lucerna in mundo verbum vite  
continentes ad gloriam meam in die christi:  
quia non iniunctum tunc: neque inactum  
laboram. **S**ed et si in molore super sacrificium  
fieri et obsequium fidei vestre gaudeo: et  
congratulo omnibus vobis. **I**dem autem  
et vos gaudete et congratulamini  
michi. **S**pero autem in domino ihesu ihimo-  
theum me cito mittere ad vos: ut et  
ego bono animo sim cognitis que circa vos  
facta sunt. **N**eminem enim habeo tam vna-  
nimem: qui sincera affectione pro  
vobis sollicitus sit. **O**mnes enim que sua  
sunt querunt non que ihesu christi. **E**xpi-  
mentum autem eius cognoscite: quoniam si-  
cut pater filius mecum servavit in eu-  
gelio. **H**ic igitur spero me mittere  
ad vos: mox ut videro que circa me sunt.  
**C**onfido autem in domino: quoniam et ipse veniam  
ad vos cito. **N**ecessarium autem existima-  
ui epaphroditum fratrem et cooperatorem  
et consolatorem meum: vestrum autem apostolum  
et ministrum necessitatis mee mittere ad vos:



quoniam quidem omnes vos desiderabat: et tristis  
erat propterea quod audieratis illum infirmatum  
**N**am et infirmatus est usque ad mortem:  
sed deus miseratus est eius. **N**on solum autem  
eius: verum etiam et mei: ne tristitiam  
super infirmitate habere festinatus ergo misit  
illum: ut visis eo iter gaudeatis: et ego  
sine tristitia sim. **E**xcipite itaque illum  
cum omni gaudio in domino: et eius modicum  
honore habetote. **Q**ui propter opus christi  
usque ad mortem accessit: tradens animam  
sua ut implet id quod ex vobis dixerat:  
erga meum obsequium. **Cap. iii.**

**D**e cetero fratres mei gaudeate in  
domino. **E**andem vobis scribere michi  
quidem non pigrum: vobis autem necessarium  
**V**idete canes: videte malos operarios:  
vide concisionem. **N**os enim sumus circumcisio  
qui spiritu deo servimus et gloriamur in  
christo ihesu et non in carne fiducia habentes:  
quoniam ego habeo confidentiam et in carne.  
**S**i quis alius videtur confidere in carne:  
ego magis circumcisus octava die: ex ge-  
nere israhel de tribu beniamin hebreus  
ex hebreis: secundum legem pharisaeus: secundum  
emulationem persequens ecclesiam dei: secundum  
iustitiam que in lege est conuersatus sine  
querela. **S**ed quoniam michi fuerunt lucra: hec arbi-  
tratus sum pro christo detrimenta. **V**erumptamen  
et existimo omnia detrimentum esse: propter  
eminente scientiam ihesu christi domini mei: propter  
que omnia detrimentum feci et arbitror ut  
stercora ut christum lucrificem: et memiar in  
illo non habens meam iustitiam que ex lege  
est sed illam que ex fide est christi: que ex deo  
est iusticia in fide ad cognoscendum illum  
et virtute resurrectionis eius et societate  
passionum illius configuratus morti eius:  
si quomodo occurrere ad resurrectionem  
que est ex mortuis: non quoniam accepere  
